Letter

6
12-3
79
1
6
23N E
13

C. 654.

Digitized by Google

Digitized by Google

TOTIVS

SVMMAE THEOLOGICAE

S. THOMÆ AQVINATIS

Compendium Rhytmicum,

F. DOMINICO GRAVINA
Ord. Præd. S. Theol. Magistro
Auctore.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij.
M. DC. XXV.

Digitized by Google

S. Greg. Nazianzenus carmine de vita sua.

IAm mentis atræ nubilum versus fugat,
Iuenesque lætos reddit, & simul docet,
Mulcetque pectus suauiter. ——

Digitized by Google

Nos F. Seraphinus Siccus Papiensis, Magister Generalis Ordinis Prædicatorum.

HIs nostris facultatem concedimus R. P. Magistro F. Dominico Grauina Ordinis nostri, typis mandandi Compendium rhytmicum totius Summæ Theologiæ S. Thomæ, præuia approbatione RR. PP. Magistrorum Regentis nostri Studij generalis Sancti Dominici de Neapoli, & P. M. F. Thomæ Brãcia, seruatisq; aliis seruandis, iuxta decreta sacri Concilii Trid. de librorũ impressione. In quorum fidem his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus. Dat. Romæ die 20. Septembris 1625.

F. Seraphinus qui supra.

Ego vidi, & approbaui ex mandato Reuerendissimi.
Frater Vincentius Pretus à Scraualle Magister, & Regens.

Ex eodem mandato vidi, & approbo.
Frater Thomas Brancia Magister.

Digitized by Google

Imprimatur.

Lælius Taſtius Vic.Gen.

Alexander Ruſſus Can.Dep.

D. Andreas Lanfranchus Clericus Regularis Dep.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,
ET EXCELLENTISS. D.
D. ALPHONSO
CARDENAS
COMITI ACERRARVM,
MARCHIONIS LAINENSIVM
primogenito.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

NIuerſam S. Thomæ Aquinatis Theologicã doctrinam in Summa, quam vocant, quatuor partibus diſtributam, in rhytmicũ epitome redactam, tuo nomini dicatam, eiuſdemq;

Digitized by Google

auſpicijs commendatam, typis euulgandam committo, Comes Illuſtriſsime, & Excellentiſsime: paruum quidem opuſculum, ſi molis quantitas ſpectetur, at non exiguum virtute, ſi vtilitates, & cõmoda inſpiciantur. Non minuor per hæc minuta, nam in re ipſa magna. Nec propterea quod vaſtæ magnitudinis corpora, luſcis, & tenebricoſis exigua videntur, magna eſſe deſinunt. Etiam in par-

paruis ſeminibus proceræ magnitudinis arbores deliteſcunt: & in paucis clauſulis, quot penè verſus, tot articuli. Dicam liberius, quot verba, tot principia releguntur. De quibuſdã ſtructuris dictum: Materiam ſuperabat opus. In hac opella materia ipſa, opus, & artem excedit. Inconcinna ergo forma. Cedo. celatura, non artificio immenſam vaſtitatem articulorum paucis cartulis concludente. Etiam

Myrmicedis quadrigę, aut formicæ Praxitelis operibus granditate cesserunt. Nunquid arte? Sed & eo titulo Phydias illustris, quòd in Mineruæ à se scul ptæ clypeo pugnam Amazonum, & Gigantomachiam celauerit, & in soleis Laphitarum, & Centaurorum cruentam pugnam expresserit. In exiguo latere (vt à nostris mutuem) Ciuitas sancta descripta; & circa illam, Deo sic iubente, obsidio

Digitized by Google

lineata. Sit ſtylus humilis: magnis quibus decoraris muneribus, & nominis tui ſplendore grandeſcet. Fortunæ bona narrabo? In promptu proſapia occurrit, Auorum, & Proauorum gloria, copijs, & titulis illuſtris. Corporis? Nihil dico, quàm quod ad robur natus eſſe videris, & decorem. Animi? Virtutum, & facultatum dotibus, mirificè enites, nedum humanioribus litteris, & Hiſtorica cognitio-

ne, ſed & Naturali, & Mo-
rali Philoſophia, & om-
nium principe Theologia
cumulatiſsimè informa--
tus: vt mirum ſit, quòd
in ordine equeſtri Marti,
in ſtudioſorum Academijs
Apollini milites, gladium
cum penna iungens: vt
Archilogum illud tibi vin
dicare poſsis: Marti mili-
to, ſed Muſarum dona ha-
beo; eademq; pluma, quæ
in pileo nobilitatis eque-
ſtris eſt ſtemma, in manu
pars ſit caduceæi ſapientiæ

vulgi a t præ-

præſidis Mercurij; & hac ipſa, qua laboraſti in ſcientijs capeſſendis, per doctorum virorum ora volites.

Quod ſi iam pridem beneuolentiæ tuæ erga me ſcintillas inieceras, in materiam non dico promptam, ſed quæ in tuarum virtutum amore iam penè exarſerat: æquum erat, vt reciprocam ardẽtis obſequij flãmam redderem. Atqui vt tua virtus, prudẽtia, beneuolẽtia, mei operis tibi dicãdi fuerũt in cauſa,

ipſum quoque eſſet ſignũ, & meæ in te obſeruantiæ perpetuum monumẽtum. Libẽs illud accipe, Comes Excellentiſsime, eo quo offertur animo. Quod ſi in tuæ famæ Muſęo locari nõ pateris, vt conteſtatam ſyngrapham obligationis meæ in tui pectoris penetralibus conde. Vale. E Cę nobio S. Mariæ Sanitatis Neap. die 19. Septẽb. 1625.

D. V. Illuſtriſſ. & Excellentiſsimę

Addictiſsimus ſeruus

F. Dominicus Grauina.

AVCTOR,
Melioris iudicij ſtudioſo Lectori.

De opellæ huius vtilitate, et neceſſario illius vſu ad memoriam excolendam, cognitionem illuſtrandam, & affectum inflammandum.

Aucis cartulis concluſam integram noſtri Angelici Doctoris Theologiæ Summam, rhytmicis numeris decãtatam, certis deſignatis articulis arithmetico numero, do, & edo tibi in lucẽ, amice Lector: vt breuibus, reſolutorijs tamen concluſionibus, cuiuſcunque Theologici tractatus cognitionem haurires, & carmine ſanctiſſimo Præceptori familiari, quo etiam ſanctiſſimæ Euchariſtiæ myſteriũ decantauit, ſtudendi tædium releuares. Habet autẽ (vt ſcite Iodocus Clithoueus

in

in expoſitione hymnorum) iſta norma, rhytmicæ modulationis in omnibus ſuis verſibus formam. Quæuis verò clauſula tres verſus continet: quorum duo priores mutuam, ſibique correſpondentem habẽt in extremo conſonantiam, octo ſyllabas complectentem, quarum penultima vt plurimum longa, vel longæ in tenore prolationis aſsimilis; vltimus verò ſeptẽ conſtringit ſyllabas, penultimã breuem, qui & interdum non certa lege, ad tertium proximi verſus in ſimili deſinit. In his obſeruati numeri, tropi, figuræ, in ſpecie ſynalepha, & eclipſis ſæpiſsimè poetica excuſante licentia, vt magis ſententiarum, & veritatum pondus ſcholaſticorum verbis retentis, quàm mollis, & cerusſatus, & calamiſtratus numerus appareret.

Paſſus verò ſum Poeticæ antiquo artis ludo iterum includi, quia nec alienum à viro Theologo ſacra myſteria metro cõcludere, ſi tamen ſententiæ integritas, verborũ proprietas illibata permaneãt. Innumera exempla ſuppeditant, Sedulij Iuuenci, Aratoris, qui ſcriptum verbum decenti metro euulgarunt: Paulini, Prudentij, Proſperi tractatus de ſacris rebus, ſtu-

ſtudioſorum manibus teruntur: & orientis ſydus fulgẽtiſsimũ Gregorius Nazianzenus integram fermè Theologiam de Deo, Triade, Angelis, mundi creatione; virtutibus, vitijs, Chriſti Domini œconomia, eiuſdemque Sacramentis, poſt de ijſdem rebus, ſoluto ſermone tractatus abſolutiſsimos, ſub carminibus elegãter adſtrinxit, cuius rationem ex epiſtola ad Cledonium contra Apollinarem, accipias. *Si prolixi libri*, inquit, *& noua pſalteria Dauidi ex aduerſo reſonantia, & verſuum lepores pro tertio teſtamento habentur, nos quoque pſalmos elaborabimus, & multa conſcribemus, & modulabimur.* Siquidem Apollinaris ex hiſtoria Tripartita lib. 3. c. 16 Moyſis libros carmine verterat, atque peruerterat, & quæ in veteri teſtamento hiſtorica forma conſcripta, partim dactylico metro conſtruxit, partim ad formam tragœdiæ elaborauit. Vnde cum videret S. Gregorius melos ſuauitate quamplures allectos in errorẽ protrahi, etiam ad verſus ſcribendos animum applicauit, vt ad ſummam triginta milium aſcendiſſe teſtetur Hieronymus. Arium quoque contra Filij Dei conſubſtantialitatem in ſua Thaleia, Sotadica car-

carmina deſcripſiſſe teſtatus eſt Athanaſius ſerm. contra Arianos: cui è diametro proceres Eccleſiæ ſe opponentes, ſacros hymnos, quorum magnæ partis author Ambroſius, compoſuerũt, in fine Filium, cum Spiritu ſancto Patri conſubſtantialem occinendo. Veteres hos hæreticos, veluti laruatæ ſimię inſectati ſunt Nouatores: initio enim noui, ac proinde quinti Euangelij Lutherici, elegijs, ſatyris, & alijs metri generibus, tanquam dulci melo hęreſeos venena inſtillarunt, auſpicantes à dicterijs, & ſubſannationibus in Principes, Reges, eccleſiaſticos, Chriſtũ, Deum, addentes poeticę licentiam pictoricam, eadem exprimendo, quæ carmine inſimulabant; in tertia, ſed hæretica licentia ſupereminentes, de Deo, Triade, Chriſti Domini œconomia, Sacramentis falſa dogmatizantes, eaque carminibus decantantes, quibus poſtea alij ſucceſſerunt. Impius enim Beza, ex Poſſeu. in Biblioth. lib. 17. c. 29. non contentus ſui catamiti Adalbertuli, & Candidę pellicis amores decantaſſe, eo vſque proceſſit, vt Anacreonticis verſibus, profanis tamen, & obſcœnis, ſacroſancta epitalamia Cantici canticorũ auſus ſit cõtami-

nare:

nare: cuius audaciam Genebrardus iam-bico dimetro retudit. Thomas etiam Neagorgius in endecasyllabis, & satyris, & Ioannes Sarcedes Vvermãdus (vt immensam turbam hæreticorũ prætream) in sapphicis, & alijs metris lyricis sectariorum hæreses condierunt: in diuinam Eucharistiam, imagines sacras, cultum, & cæremonias impijssimè debacchãtes. Opportunum ergo antidotum, & vniuersale remedium S. Thomæ doctrinam, imo Ecclesiæ dogmata, quæ S. Thomas defendit, & angelicè explicauit, metro quoque concluſa, si forte sanentur, præparare: cademque aduersus eosdem fidei hostes soluta oratione in nostris Prę scriptionibus scripta, stricto pugione metrici carminis propugnare.

Quod si, teste Aristotele 8. Politic. ad componendos mores plurimum valent rhytmi; dum enim recitantur, vel leguntur intentè, ad diuersas animi passiones, iram, audaciam, &c. & morales habitus fortitudinem, temperantiam, &c. excitamur, non secus ac fit per musicales harmonias Lydiam, Doricam, Phrygiam, & in saltantibus, & ducentibus choreas experimur; hic quoque fructus ex his rhytmis

mis reportatur, vt nedum ex ipsa materia, vbi de passionibus, & habitibus tractatur, sed & ipsa forma ex omnibus his metris possint legentium, & audientium animi passiones, & habitus immutari, atque componi: quo fit, vt sicut musica, Aristotele teste, pueri informandi sint, ita & rhytmis instituendi, vt discant, cum adoleuerint, nõ secũdũ passiones viuere, & easdem per morales habitus regulare. Cumque, vt Augustinus edisserit 15. de Trin. cap. 6. ad memoriam firmandam, cantica multum conducant, *quorũ seriem memoriter reddimus*, erunt hi rhytmi instar localis, vel artificialis memoriæ, vt promptè, faciliter, delectabiliter, & non sine audiẽtium admiratione, ad Dei gloriam, quicquid S. Thomas in summa ingenti scripsit, ordine, & methodo, breui spatio temporis pronũciemus, & omnes materias Theologicas præ manibus habeamus. Prouecti quoque, & lectores, atque Magistri quicquid longo temporis decursu didicerunt in tanta librorum strue, in his tanquam vniuersalioribus speciebus, breui interuallo inspicient, & certis conclusionibus, tanquam in sedibus, & locis memorandum reponent.

Disci-

Reliqui verbi modi commodum reperiuntur, quos ex præcedentibus facile monere necesse est, ad sonum, &c. attinere S. Thomæ quæstiones, ejusque ritus habeatur, vix non medium terrarum eum pulsare existimet, quicumque, præsertim quod carmina memoriæ fortiora imprimantur, quæ pluribus perlecta concinnitatem prę manibus habebunt: quæque regulæ servantibus difficiles videbuntur, eas si fas erit, ex ipsis fontibus, ubi ritus ille natus est, adeas ad diuturnam experientiam & promptæ habendam paratior via. Vitia breve hoc opusculum non tractat, quæ exercitatione mundus, cum bibliothecis eum integrare se fingit, pulsare. Fortasse vero tentatus, ubique apud meliora figendus, vel tacite accinanus, & pro hebdomadis, vel mensis ingressionum, verbum fiat fabre. Si negat, dicatur, eris facile, mutus fiat curandum, repetatur.

Ad pulsandum quoque officium pulsatorium, quod Ordinarium Romanum Ordinis vocat, ut & quæ ejus ritus, & quæ ejus regulæ, ad quas ritus ille, ut ad normam, *ut ad normam* [illegible]

micum carmen admirabilis dilectionis, & variarum virtutum motus excitare experietur, qui rhytmos ad Christi mẽbra, de passione, natiuitate, &c. à S. Bernardo compositos leget. Vnde hac & precipua causa (ne solum, vt scripsit Hierotheus, simus speculantes, sed & patientes diuina) vt versus istos conderem, vbi abundè omnia fidei mysteria, & virtutum ratio pertractatur; quæ sunt contemplationis, & orationis materia, animum applicaui. Non est ergo, quod obijcias hunc locum occupatum à doctissimis viris, qui varia compendia Summæ S. Thomæ ediderunt: nam satis respondẽt obiectioni, diuersus stylus, & intẽtio. Nec minoris negotij fuit fusè dicta à cõpendiarijs, paucioribus, ijsq; expressioribus verbis comprehendere, & metri molesta lege concludere. Scripsit M.F. Ioannes noster de Ochoa eandem Summam, sed hexametro versu, paululumq; asperiori (sic enim materia ferebat) nec enim nect: sententiæ potuerunt cum rationis splendore, cum numero ornatus, cum fluxu carminum pulchritudo, & similia, ab illo qui ad sententias exprimendas desudabat: à quibus legibus absolu-

ſolutũ rhytmũ mihi omniũ nouiſſimo, locumq; nouum occupãdum dereliquit. Sed præſtaſſet (dicent comptuli Grammatuli, poeſis ornatu inflati) endecaſyllabos, vel aliud lyrici metri genus aſſumi, non humilem, vel puerilem ſtylum. At non humilis, qui à SS. Thoma, & Bernardo decantatus. Et ſi puerilis; ex ore infantium, & lactentium perficiatur Dei laus, vt deſtruantur inimici, & rebelles Eccleſiæ hoſtes. Sciant quoque me potius aliorum vtilitati, imo & meæ conſulere, quàm ſuæ, & ſuorum vanitati, & ſæculi pompæ deſeruire voluiſſe. Coaxẽt quantũuis ranæ, quas S. Hieron. in pſ. 104. ſęculares Poetas interpretatur, nam niſi Theologię ſubſeruiãt, & ab illa regulentur, meritò cum reliquis nouem Ægyptijs plagis numerandi veniunt. Bono conſule, pie lector, & æquo animo, vt & ſcripta ſunt lege, & vt te liberum, æquum tamen cenſorem deſidero, meq; 60. dierum ſpatio hæc dictantem (dum à prælegendis lectionibus in Vniuerſitate Regia, & à dictandis Præſcriptionum reliquis voluminibus æſtiuo tempore feriarem, & reſpirarem) nec in nonum annum reuiſenda, & elimanda reſeruantem,

tem, excusa, & corrige. Vale, ex Cœnobio Sanctæ Mariæ Sanitatis de Neapoli die Exaltationis Sanctæ Crucis, cui labori finem imposui. 1625.

Corrigendorum Indiculus.

Vt inoffenso pede curras, candide Lector, initio te de corrigẽdis, aut limãdis admonemus. Pag. 12 carmine 13 lege. *A*lia est à Patre proles. pag. 15. carmine 13. lege. Vsia hæ. c. 14. Hæc personæ pag 26. c. 17. est facultas. p. 61. c. 13. Haud esse. p. 63. c. 14. rei aut. p. 67. c. 3. quidquam dil git. pag. 72. c. 4. & aggrauatur. p. 114. c. 14. Nec dijudicat. c. 15. at per infima. p. 122. c. 1. Voluntas h ic. p. 123. c. 14. Nos &. p. 135. c. 10. aduersatur sapienti. p 138. c. 14. huic spondens. p 140. c. 1. & fraus. p. 141. c. 6. constans vt. c. 13. Si hæc bonum p 143. c. 5. su spectare. p. 156. c. 13. Petas: Dei. p. 178. c. 7. Rectè dedit. p. 217. c. 16. *A*t informans poscit ita. p. 218. c. 4 tàm gratiæ. & c. 5. quàm gratiæ. p. 220. c. 10. infusam res cognouit. p. 221. c. 7. adepta scientia. pag. 222. c. 14. lege. 9. zelans. 10. manẽs. c. 15. in via, & in patria. p. 225. c. 11. Vnum at est suppositum. c. 13. Vna est: hoc. p. 244. c. 7. Vero, 2. & integro splendescit. c. 8. corpore. p. 262. c. 10. separata quæ continent. p. 269. c. 6. proxima materia. p. 271. c. 6. Quod

virtutis pariter. pag. 274. c. 3. Potest illa fieri. pag. 296. c. 9. Clandestinè aut contrahens. p. 297. c. 9. sæpè ob conditionatum. c. 11. Fac pater imperio. pag. 302. c. 2. Æquè iudici. pag. 310. c. 10. actus boni. carm. 12. igne sancti Spiritus.

Minutiora, sicut & pauciſsimos verſuum numeros ſuperfluos, vel diminutos, vel tranſpoſitos, tuo indicio corrigito.

Intercessio PP. P. Ioan. de S. Thoma.

Ecce O. dulcissa pro carcere (compagnacensis) habet veniam ferentariam, &c. an vo complere qui eam orant, intercessor & meritis & voce desudo, & qui eam impetrauerit, semper fauor & veniam de ipsa fluet. Hac die.

PRIMÆ PARTIS SVMMÆ THEOLOGIÆ S. THOMÆ AQVINATIS Compendium Rhytmicum.

QVAESTIO PRIMA

De Sacra Doctrina qualis ſit, & ad quæ ſe extendat.

1 DOctrina hæc revelata,
2 Deo eſt ſubalternata,
3 Vnitatem retinens.
4 Praxi præſtat, theoria,
5 Digniſſima eſt, 6. ſophia,
7 Obiecti præſtantia.
8 Sed non caret argumentis,
9 Sacra celat velamentis,
10 Plures ſenſus explicans.

Quæſt. II. De Deo an ſit.

1 Deum dicas per ſe notum,
2 Demonſtrare ſcias motum
3 Eius exiſtentiam.

Quæſt. 3. *De Simplicitate Dei.*

1 Corpus formam, 2. vel ſubiectum
  Dici ſatis eſt ineptum,
3 Sed Deus eſt Deitas,

4 Suum eſſe: hæc theoria,
5 Vnde nec Cathegoria
  Certo claudit limite.

6 Non ſubiectum accidentis
7 Simplex eſſe primi entis.
8 Nec componit alia.

Quæſt. 4. *de Dei perfectione.*

1 Supra modum eſt perfectus,
2 In quo omnis eſt effectus,
3 Ab eo diſſimilis.

Quæſt. 5. *de Bono in communi.*

1 Ens, & bonum conuertuntur:
2 Se non tamen conſecuntur.
3 Bona omnis entitas.

4 Finis habet rationem.
5 Cauſat hanc perfectionem,
  Modus, ordo, ſpecies.

Bo-

Digitized by Google

6 Bonum, vtile, delectans,
Atq; pariter honestans:
Hęc sua diuisio.

Quæst. 6. De Bonitate Dei.

1 Deus bonus, 2. bonum summum,
Per naturam, 3. Hoc profundum,
4 Omnia participant.

Quæst. 7. De Infinitate Dei.

1 Infinitus est natura:
2 Non id habet creatura,
3 Actu, nec 4. potentia.

Quæst. 8. De existentia Dei in rebus.

1 Est in rebus cunctis, 2. replens
Cœlum, terram, 3. ipsis præsēs:
4 Et hoc illi proprium.

Quæst. 9. De immutabilitate Dei

1 Idem quoq; nec mutatur,
Non mouetur, alteratur.
2 Solus immutabilis.

Digitized by Google

Quæſt. 10. *De AEternitate Dei.*

1 Sed notio æternitatis,
2 Eſt diuinæ Maieſtatis:
3 Illi ſoli propria.

4 Hęc menſurans eſt primæuum:
5 Nec ſunt idem tempus, æuum,
6 Quod tantum eſt vnicum.

Quæſt. 11. *De Vnitate Dei.*

1 Ens ex vno non augetur,
2 Vnum multis opponetur.
3 Deus vnus, 4. Maxime.

Quæſtio 12. *Quomodo Deus à nobis cognoſcatur.*

1 Poteſt mens Deum videre
2 Abſq; forma, 3. hinc abeſt verè
Corporalis ſpecies.

4 Id non poteſt creatura,
Quamuis potens ex natura;
5 Sed lumine gloriæ.
6 Videt vnus, vident mille,
Sed non iſte, quantum ille:

Et

Digitized by Google

7 Et non comprehenditur.

8 Multa vident in videntè,
9 Non ſpecie, ſed in ente
Primo, 10. ſimul omnia.

11 Nunc ſi potes intuere:
12 Ex effectu vides verè:
13 Et plus præſtat gratia.

Quæſtio 13. *De nominibus Dei.*

1 Cum à nobis nominatur,
Ex creatis deſignatur
2 Vel ſubſtantialiter.

3 Quædam cum proprietate,
Dicta ſunt de maieſtate:
4 Et non ſunt ſynonima.

5 Noſtra, & Dei quæ efferuntur.
Non vniuoce dicuntur
Nomina, 6. Analogicè.

Prius illi perfectiuè;
7 Sed ad facta relatiuè,
Tempore conueniunt.

8 Nomen DEVS eſt naturæ:
9 Non communices facturæ,
10 Niſi analogicè.

11 Nomen QVI EST ſolum Deum,
12 Hunc eundem Regem meum,
Signat propoſitio.

Quæſt. 14. *De Scientia Dei.*

1 Scit, 2. ſe, 3. cõprehendens, 4. Eſſe
Noſſe ſuum, 5. In ſe alia à ſe
Noſcit, 6. viſu proprio.

7 Non diſcurrit, 8. Operatur
Scire. Cuncta contemplatur,
9 Etiam non entia.

10 Malum quoq; 11. ſingulare;
12 Quæ non potes limitare;
13 Rerum contingentiam;

14 Omne quod enunciatur.
15 Nec ſubinde variatur.
16 Praxis, & theorica.

Quæſt. 15. *De Ideis.*

1 Sunt ideę in mente Dei,

2 Na-

Digitized by Google

2 Naturæ omnis, atque mei
3 Ratio, principium.

Quæstio 16. De Veritate.

1 Hæc in mente collocatur:
2 Componendo variatur.
3 Cum ente conuertitur.

4 Verum prius est, quàm bonum:
5 Nec in prima est causa solum,
Sed est ipsa veritas.

6 Multipliciter formatur
Nostra, nec perpetuatur:
8 Dei est immutabilis.

Quæst. 17. De Falsitate.

1 In intellectu falsitas,
Primo & per se, vbi veritas:
2 Nec sensus decipitur.

3 Nostra mens nisi componet,
Per se falsa non reponet.
4 Hæc vero contraria.

Digitized by Google

Quæſt 18. De *Vita Dei.*

1 Viuens porrò ex ſe mouetur;
Pro natura deſumetur
Viuere à Philoſophis.

3 Summa vita Deo datur.
Viuit omne quod creatur.
4 Viuunt Deo omnia.

Quæſt. 19. *De voluntate Dei.*

1 Non eſt expers voluntatis.
2 Vult creata, Hoc bonitatis:
3 Et non neceſſario.

4 Cuncta cauſat, 5. cauſa carens.
Quicquid vult, hoc sūmus parés,
6 Facit, 7. Immutabilis.

8 Præſtat norma voluntatis
Cuncta ſint neceſſitatis,
Vel cum contingentia.

9 Mala culpæ deteſtatur.
Mali pœnę auctor monſtratur,
10 Liberi eſt arbitrij.

11 Signa aſſigna, 12. permittentis,
Punientis, inhibentis,
Legis, & conſilij.

Quæſt 20. *De Amore Dei.*

1 Amat ſe, 2. res quæ ſunt dantis,
3 Inæqualiter amantis.
4 Meliora diligens.

Quæſt. 21. *de Iuſtitia, & miſericordia*

1 Iuſtus, 2. verax, 3. miſerator,
4 Et iuſtitiæ adæquator,
Cum miſericordia,

Quæſt. 22. *De Prouidentia Dei.*

1 Prouidentia gubernat,
2 Cuncta mouet, & alternat,
3 Non excludens media.

4 His neceſſe ſpeciebus
Dat: contingens eſſe rebus
Illis, cauſas præparans.

Quæſt. 23. *De Prædeſtinatione.*

1 Ad ſe homines tranſmittit.
2 Ordo hic in eo, 3. permittit

Digitized by Google

Aliquos deficere.

4 Destinati hi, sunt electi:
5 Nihil præstant sint dilecti
Su æ vitæ meritis.

6 Certus ordo est, 7. numerantur,
Certo electi, 8. qui iuuantur.
A Sanctorum precibus.

Quæst. 24. *De libro vitæ.*

1 Liber vitæ conseruatur
2 Hic electus nominatur.
3 A quo non delebitur.

Quæst. 25. *De potentia Dei.*

1 Deus actus purus; potens
2 Sine fine; huic nil nocens.
3 Est Deus omnipotens.

4 Non potest sint præterita
Facta infecta; & hęc merita
Eius, quod præterijt

5 Sed plus posse, quam quod vides
Christiana docet fides,
6 Meliora faciens.

Qua-

Quæſt. 26. *De diuina Beatitudine.*

1 Eſt beatus Deus, 2. mente.
3 Tenetur à poſſidente,
4 Bona cuncta continens.

Quæſt. 27. De *proceſſione diuinarum perſonarum.*

1 In diuinis ſunt proceſſus.
2 Verbi, 3. Amoris; ſum profeſſus
4 Quod hic ſit ſpiratio.

5 Plures vero, aut pauciores,
Ne dicas proceſſiones:
Quæ ſunt duæ numero.

Quæſt. 28. *De Relationibus diuinis.*

1 Sed reſpectus ſunt reales.
2 Natura idem: non ſunt tales
Qui ſunt accidentia.

3 Relatiue diſtinguntur.
Qui inter ſe opponuntur,
4 Sunt reſpectus quatuor.

Quæſt. 29. *De Perſonis.*

1 Hic perſona deſcribatur.

Digitized by Google

2 Subsistentia dicatur
Idem quòd hypostasis.

3 Rem designat excellentem,
4 Ex respectu subsistentem,
Per modum hypostasis.

Quæst. 30. *De pluralitate personarum in diuinis.*

1 Diuæ sunt personæ plures.
2 Tres fateri omnino cures.
3 Hic transcendens numerus.

4 Atqui non communicatur
*P*ersona; at prædicatur,
Vt vagum indiuiduum.

Quæst. 31. *De his, quæ ad vnitatem, vel pluralitatem pertinent.*

1 Trinitatem nominamus:
Orthodoxè prædicamus,
Ob tria supposita.

2 Alia à *P*atre ~~Sancta~~ *P*roles:
3 Exclusiuas, non vt voles,
Addes Dei essentiæ.

4 Idem

Digitized by

4 Idem fac & in perſonis.
Signum excludēs dum reponis.
Obſeruandi termini.

Quæſt. 32. De diuinarum Perſonarū cognitione.

1 Sed quid ſit Sancta Trinitas,
Atque indiuiſa vnitas
Sola fide nouero.

2 Dignoſcendi rationes
In ea ſunt, notiones,
3 Quinq; tantum numero.

4 Ne contra tu opineris
Ne de hæreſi damneris
Si cum pertinacia.

Quæſt. 33. De Perſona Patris.

1 *P*rincipium Verbi dicet
Quiuis Patrem: ſed non licet
Dicere eſſe initium.

2 Nomen Patris eſt vnius:
3 Perſonaliter eſt prius:
4 Eius eſſe ingenitum.

Quæ

Quæſt. 34. de Perſona Filij.

1 Verbi nomen perſonale
2 *Proprium*, 3, ei naturale,
4 Vt creata aſpiciat.

Quæſt. 35. de Imagine.

1 Perſonalis eſt imago,
Dei Patris, quæ eſt propago,
2 Nato ſoli propria.

Quæſt. 36. De Perſona Spiritus Sãcti.

1 Sancti Spiritus habetur
Nomen ſacrum; quod tuetur
Vſus ipſe Eccleſiæ.

2 Pneuma à Patre, Filioq;
Procedit, 3. (per natum quoq;)
4 Vt vno Principio.

Quæſt. 37. De Nomine Spirit. Sancti qui eſt amor.

1 Amor nomen perſonale.
2 Inuicem per Flamen tale
Pater, Natus, diligunt.

Quæ-

Digitized by Google

Quæst. 38. De Nomine Spirit. Sancti quod est donum.

1 Personale nomen donum,
Quia amoris velle bonum.
2 Hoc proprium Spiritus.

Quæst. 39. De Personis ad essentiam relatis.

1 Persona idem quod vsia,
2 Cumq; dicas tres, vel tria,
Vna est essentia.

3 Tres Personæ, substantiuum
Vnum nomen, 4. adiectiuum.
*P*luraliter retinent.

5 Pro *P*ersonis si contractè,
Essentialia abstractè,
Non supponunt nomina.

6 De Vsia hæc prædicantur,
7 hęc Eæ *P*ersonę appropiantur.
8 Magna cum decentia.

Quæ-

Digitized by Google

Quæſt. 40. De *Perſonis in comparatione ad relationes, ſiue proprietates.*

1 Perſona proprietati
  Idem eſt. Hoc veritati
  Tamquam dogma conſonat.

2 Hypoſtaſes diſtinguuntur
  Relatione opponuntur
  Quæ ſola multiplicat.

3 Hæc verò à te ſi abſtrahatur.
  A perſona; tunc non datur.
  Subſiſtens hypoſtaſis.

4 Antecedit notionis
  Actus ipſam; rationis
  Opus hoc indubiè.

Quæſt. 41. De *Perſonis in comparatione ad actus notionales.*

1 Hi perſonis tribuantur.
2 Voluntatem comitantur,
  Sed non vt principiu m.

2 Iidem actus notionis
  Affirmantur de perſonis,

4 Ad

4 Ad quos eſt potentia:

5 Hæc ſignificat in recto
Naturam: actus profectò
6 Perſona vnaeſt terminus.

Quæſtio 42. De Similitudine, & æqualitate diuinarum perſonarum.

1 *P*erſona alteri eſt æqualis
In natura: perſonalis
Permanet diſtinctio.

2 Non hic ordo temporalis;
3 Sed qui datur ſpecialis,
Ordo eſt originis.

4 *P*arens, *P*roles, coęquales.
5 Hic in illa: ſunt, & tales
6 Vt par ſit potentia.

Quæſt. 43. De miſſione diuinarum perſonarum.

1 Sed & mittitur perſona:
2 Temporaliter ad dona,
3 Illa quæ gratificant.

4 Solum, Nato; & qui ſpiratur.

Vera

Vera fides atteſtatur,
Mitti eſſe conueniens.

7 Verbum, Flamen miſſa ſignis
Quod demonſtrant caro, & ignis,
Et his conſimilia.

8 Solùm mitti procedentem
Dic, ad omnem venientem
Effectu gratuito.

Quæſt. 44. De proceſſione creaturarũ à Deo, & de omnium entium prima cauſa.

1 Cauſa effectrix omnis rei,
2 Et primæ materiei.
3 Exemplar, 4. & terminus.

Quæſt. 45. De modo emanationis rerum à primo principio.

1 Ex nihilo creatio,
Hæc eſt ipſius ratio.
2 Cuncta Deus condidit.

3 Sed creatio paſſiua
Rebus ineſt (vt actiua
Deo) 4. eſt ſubſiſtentium.

So-

5 Solus Deus cuncta creans,
Nec miniſter eſt concreans:
6 Nec perſonæ hoc proprium.

7 Exemplatum Trinitatis
Certò affirmes in creatis,
Veſtigij, aut imaginis,

8 Non operibus naturæ,
Nec in artis, aut ſtructuræ
Miſcetur creatio.

Quæſt. 46. De principio durationis rerum creatarum.

1 Nihil fuit ab æterno.:
2 Mundum ſola fide cerno
3 Factum in principio.

Quæſt. 47. De diſtinctione rerum in communi.

1 Sed res multas, & diſtinctas,
2 Inæqualiter deuinctas
Fecit, 3. orbem vnicum.

Quæſt. 48. de diſtinctione rerum in ſpecie.

Por-

Digitized by Google

1 Porrò malum non natura
2 Inuenitur in factura:
3 Cui, bonum ſubſternitur.

4 Non corrumpit totum bonum:
5 *Pœnę*, & culpę rationum,
Congrua eſt diuiſio.

6 Malum culpæ excedit pœnam,
Hanc dat Deus ſeruans; venam
Vulnerat vt medicus.

Quæſt. 49. De *Cauſa mali.*

1 Subiectiua cauſa mali
2 Bonum. Nefas immortali,
Defectus tribuere.

Cauſa prima hic eſt bonorum.
3 At non datur ſit malorum
Summum malum vnicum.

Quæſt. 50. *De ſubſtantia Angelorum abſolute.*

1 Incorporeas naturas
Dic Angelos, 2. creaturas
Expertes materiæ.

3 *Plu-*

Digitized by Googl

3 Plures ſunt, 4. non numerice,
Sed differunt ſpecificè.
5 Interitus neſciæ.

Quæſt. 51. De Comparatione Angelorum ad còrpora.

1 Corpus Angelus non vnit
Sibi, 2. verùm, quod aſſumit,
3 Caret vitæ munere.

Quæſt. 52. de Comparatione Angelorum ad locum.

1 Ibi eſt vbi operatur,
2 Vno in loco eſſe datur,
3 Nec ibidem plurimi.

Quæſt. 53. De motu locali Angelorum

1 AEquiuocus eius motus;
2 Locus pertranſitur totus.
In motu continuo.
3 Duo nunc eius abſoluunt
Motum, tempus vndè inuoluunt,
Ne ſit inſtantaneus.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Que-

Digitized by Google

Quæst.54.De Cognitione Angelorum.

1 Non ſubſtantia, 2. non eſſe
Intelligere, id neceſſe.
3 Nec mens eſt eſſentia.

4 Abſunt agens, & paſſiuus;
Nec non actus ſenſitiuus;
5 Sola eſt intellectio.

Quæſt.55.De medio Cognitionis Angelicæ.

1 Res ſubſtantia non noſcit,
2 Connaturales expoſcit,
Has Angelus ſpecies.

3 Quò vniuerſaliores,
Eò ſunt perfectiores:
Maior his intelligit.

Quæſt.56.De cognitione Angelorum ex parte rerum immaterialium.

1 Ipſe ſe, per ſe cognoſcit:
2 (Specie alios dignoſcit)
3 Deum aliqualiter.

Que-

Quæst.57. De Angelorum Cognitione respectu rerum materialium.

1 Noſcit res materiales,
2 Atq; ſimul ſingulares,
3 Futura in ſe excipe.

4 Cordis, 5. Fidei ſecreta,
Mens ſapiens ac diſcreta
Non cognoſcit Angeli.

Quæſt.58. De modo Cognitiònis Angelicæ.

1 Non ſemper in potentia
Mens eius, 2. & plura entia
Noſcit vna ſpecie.

3 Non cognoſcit diſcurrendo,
4 Diuidendo, componendo.
5 Abeſt tamen falſitas.

6 Qpæ in Verbo, eſt matutina;
Quæ in ſe, eſt veſpertina:
7 Hæc duplex cognitio.

Quæſt.59. De voluntate Angelorum.

Digitized by Google

1 Appetitum dic volentem,
2 Et à mente differentem,
Arbitrio prædituṁ.

4 Senſus abeſt,& cupido,
Furor,ira,vel libido;
Procul iraſcibilis.

Quæſt. 60. De *amore, & dilectione Angelorum.*

1 Naturæ amor perfectiuus,
In angelo, 2. & electiuus.
3 Vtroque ſe diligit.

4 Eodem amat ſodales
Et maiores,& æquales,
5 Plus Deum,quam ſe,alia.

Quæſt. 61. *De productione Angelorũ in eſſe naturæ.*

1 Hæc ſunt entia cauſata,
2 Et de nihilo creata
3 Cum mundo: 4. in empyreo

Quæſt 62. De *Perfectione Angelorum in eſſe gratiæ, & gloriæ.*

1 Non

1 Non extemplò perbeati
Cum initio creati,
Visione essentiæ.

2 Vt ad Deum verterentur,
Et eidem subderentur,
Eguerunt gratia.

3 Hac creati meruerunt
4 Gloriam; quam 5. possederunt
Post vnum actum meriti.

6 Sed & gratiæ mensura
In angelica natura
Iuxta gradum funditur.

7 Notio, amor geminata,
Nexu firmo copulata,
Permanent in Angelis.

8 Non queunt hi deficere,
9 Vt nec valent proficere
Demerito, aut merito.

Quæst. 63. De Angelorum malitia quo ad culpam.

Digitized by Google

1 Lapsus fuit possibilis,
Nam voluntas flexibilis,
Et ex se deficiens.

2 Fuit superbus, inuidus.
Angelus peccans, 3. auidus.
Esse Deo similis

4 Non est malus ex natura,
Vt nec vlla creatura,
5 Post instans culpabilis.

6 Inter ortum, lapsum, mora
Est ponenda minor hora.
7 *Primus est qui corruit.*

8 Causa fuit peccaminis
Hic alijs, 9. certaminis
Plures sunt superstites.

Quæst. 64. De Pœna Dæmonum.

1 Naturalis non ablata
est Facultas, 2. obstinata
Voluntas iam permanet.

3 Torquent, dolor eius mentem,

Et

Et in culpa permanentem,
4 Aer iſte,& inferi.

Quæſt.65. De Opere creationis creaturæ corporalis.

1 Creatura corporalis
Eſt à Deo, 2. Facta talis
Propter Dei gloriam.

3 Angelus hanc non cauſauit,
Solus Deus,qui hæc creauit:
4 A quo formæ,& ſpecies.

Quæſt.66. De ordine creationis ad diſtinctionem.

1 Materia non præceſſit
Formam,ei quæ non ſucceſſit:
2 Neque vna eſt corporum.

3 Materiæ eſt concreatum
Empyreum; ac 4. formatum
Tunc Tempus ſimiliter.

Digitized by Google

Quæst. 67. De opere distinctionis secundum se, & primo de opere primæ diei.

1 Lux primo corporaliter,
*P*er tropum spiritaliter,
Hic vsus est nominis.

2 Non corpus est: sed qualitas,
Coloris non parilitas
3 *P*rima die prodijt.

Quæst. 68. De opere secundæ diei.

1 Fit secundò firmamentum,
2 Aquæ supra hoc tegumentum,
3 Aquæ subtus, 4. Vnicum.

Quæst. 69. De opere tertiæ diei.

1 Aquæ postquam sunt creatæ,
Et in vnum congregatæ,
Sunt vocatæ maria.

2 *P*lantę quoque cum virgultis,
Arboribus sim l multis,
Die factæ tertia.

Qua-

Digitized by Google

Quæst. 70. De opere quarto die.

1 Quarta die Luna, Præsidium.
2 Item producta sunt reptilia,
3 Vita; hæc tam ma.

Quæst. 71. De opere quinto die.

1 Hac die volatilia
Ex aquis & reptilia
Prodiere jussu Domini.

Quæst. 72. De opere sexta die.

1 Hæ die animantia, & omni
Terra profusa sunt bono,
Quinta quadruppedia.

Quæst. 73. De hoc quo continetur ad septimum diem.

1 Sed in septima die Deus
Rebus omnibus, Quam diem
Quietem, & Sabbatum.

Quæst. 74. De omnibus septem diebus in communi.

1 Ritè dies numerantur,
Quibus cęli & terra ornantur,
Opus Dei artificis.

2 Vnus dies, sint vel plures
*P*arum refert, 3. aptè cures
Cum scriptura exprimere.

Quæst. 75 De Homine; & primo de his quæ pertinent ad essentiam animæ.

1 Non corpus, 2. actus subsistens
Nostra mens, 2. Bruti, & si exi-stẽs
3 Non subsistit Anima.

4 Nec corpus solum, aut mentem
Dicas hominem; docentem
Audias *P*hilosophum.

5 Non materia nec forma
Constat (Fidei hæc norma)
6 Neque corruptibilis.

7 Non eiusdem speciei,
Vel formalis esse rei
Angelus, & Anima.

Quæst. 76. De unione animæ ad corpus.

1 Mens forma est quæ corpus
Connectum, i. Multiplicatur
2 In quinta quæstione.
3 Sed nulla est habitudinis
Partes humanæ quidditis.
4 Recte vivunt corpori,
5 Vere sibi hæc politus,
Quod nulla disciplina,
6 Sed nec curpus meritum.
8 Actu tamen quoque non
Anima (ait ista) non
Quidlis pura corporis.

Quæst. 77. De his quæ pertinent ad potentias animæ in genere.

1 Non anima obumbrata,
Quæ dicta est divina,
2 Vis vera hæc, anima,
3 Illa autem, hoc obscura

Distinguant, 4. sat est perfecta
Facultatum series.

5 In anima radicantur,
6 Ab eadem originantur.
7 Hęc ab illa exoritur.

8 Quæ sunt animæ solius
Manent vires, & vnius;
Dissoluto corpore.

Quæst. 78. *De potentijs animæ in speciali.*

1 Genus quinum facultatum.
2 Vis qua constat vegetatum,
Auget, alit, generat.

3 Quinque sensus sunt externi,
4 Quinq; pariter interni,
Plures his ne dixeris.

Quæst. 79. De *potentijs intellectiuis.*

1 Vis animę est intellectus:
2 Passiuus non est perfectus:
3 Agens facit omnia.

4 Virtus est particularis,

Nul.

Digitized by Google

Nello parlo ministrale
5 Non ci vuol in omnibus.
6 Ho sia menovation,
7 Inclina ac intellectus,
8 Vivan lor anni assai.

9 Nec mio seguitore,
Et perito inferior,
Sono due proprietate.

10 Ai intelligentia,
Non alcun di potentia
Solum memoria alcuna.

11 Vevan sia quantitate,
Non dicerca di habitus,
12 Strudenda, habitus.

Qui tertium, vel accidit
Ne ligat, vel excitat,
Alius concitatur.

Sopra il 13. De potentijs appetitivis.

1 Dunque sia seguito,
Duplex vel non intellexi
Alcun vel alcuno.

*Quæſt.*81. De *ſenſualitate*

1 Non idem,qui intellectiuus,
Appetitus ſenſitiuus,
Dictus ſenſualitas.

2 Iraſcentem,cupientem
Diſtingue,3. & dicas parentem
Rationi, ciuicè.

*Quæſt.*82. *De voluntate.*

1 Nil coactè à voluntate.
2 Optatur neceſſitate,
Bonum ſolùm cupimus.

3 Eſt nobilior facultas
Intellectus,quam voluntas:
4 Sed hęc illum præmouet.

5 Iraſcentis,cupientis
Partes,non extant volentis
Facultatis propriè.

*Quæſt.*83. *De libero arbitrio.*

1 Habet homo libertatem.
2 Eſt facultas,2. voluntatem

Si-

Digitized by Googl

Signat, 4. Hæc arbitrium.

Quæſt 84. *Quomodo anima coniuncta intelligat corporalia quæ ſunt infra ipſam.*

1 Corpora per intellectum,
Noſcit. mens, 2. ex ſe. Effectum
Formæ hunc ne des inditæ.

4 Hanc non capit ab Ideis,
5 Rationibus, coęuis
Dei, ſcit cauſaliter

6 Formam ſumit à ſenſatis;
7 Non niſi ex imaginatis,
Poteſt intelligere.

8 Mentis acies ſopitur,
Nocte obſcura cum dormitur,
Per ligam en ſenſuum.

Queſt. 85. *De modo, & ordine intelligendi.*

1 Porro res materiales,
2 Abſtrahendo, noſcit tales,
Specie, qua intelligit,

Digitized by Google

3 Communia prius noſcit,
Non ſimul; id ordo poſcit:
4 Plura, vt vnum, intelligat.

5 Componendo, diuidendo
Format actus, In videndo
Quod quid eſt non fallitur,

7 Quò clarior potentia,
Noſcuntur mundi entia
Clarius, apertius.

8 Prius quod diuiſibile
Noſcit; indiuiſibile
Prius ſi continuum.

Quæſt. 86. Quid intellectus in rebus materialibus cognoſcat.

1 Singulare nec directè,
2 Infinitum nec perfectè
Noſcit; in potentia.

2 Res in cauſis contingentes
Videt, 4. & euenientes,
Sed in ſe non penetrat.

Qua-

Quæst.87. Quomodo Anima se ipsam, & ea quæ sunt in ipsa cognoscat.

1 Per se nec se, 2. nec habitum
Agnoscit; sed per transitum,
3 Actum qui producitur.

Nosse suum, 4. quoque velle
Satis capit, & perbellè
Intellectus hominis.

Quæst.88. Quomodo Anima cognoscat ea quæ sunt supra se.

1 Substantiæ separatæ,
Per se primò reseratæ
Non sunt tuo ingenio.

2 Has perfectè non videbis
Sensu carnis, 3. Nec valebis
Deum primo agnoscere.

Quæst.89. De Cognitione Animæ separatæ.

1 A corpore denudata

No-

Digitized by Google

Noſcit, mens, 2. & ſeparata:
3 Sed confusè hæc phyſica.

4 Sed non omne ſingulare
5 (Et ſi mundo præſens tale)
Manent in ea habitus.

6 Reſtant actus ſcientiarum:
Eſt quoque ſeparatarum
7 Diſtantia agnoſcere

8 Non noſcunt, quæ hic aguntur,
Niſi quando referuntur
Hęc facta diuinitus.

Quæſt. 90. De prima hominis productione quantum ad animam.

1 Hanc de ſe non fabricauit
Deus potens: inſpirauit
2 Creando hanc animam.

3 Eſt producta immediatè,
Et cum carnis ſimultate,
Non vt vult Origines.

Quæſt. 91. De productione corporis primi hominis.

Fit

1 Fit de limo, 2. immediatè.
Corpus Adæ, 3. integritate
Pulchrum, 4. aptè ſcribitur.

Quæſt. 92. De productione mulieris.

1 Vir fit prius, quàm Virago.
2 Ab ipſo ſumpta, vt imago:
3 E coſta, 4. abſq; medio.

Quæſt. 93. De fine productionis primi hominis.

1 Imago Dei viuentis,
Exemplata primi entis,
Homo eſt, 2. non bellua.

3 Perfectius ſimilatur
Deo Angelus, cui dátur
Natura perfectior.

4 Cunctis ineſt Deitatis
Hęc imago Deo gratis,
Beatis præcipuè.

5 Eſt imago Trinitatis
6 In mente, ſed figuratis

Ad

Per modum veſtigij.

7 Actus verbi, actus amoris,
Habent ſpeciem honoris,
8 Cum Deum reſpiciant.

9 Imago, ſimilitudo
Non idem; at viciſſitudo
Ineſt in his terminis.

Quæſt. 94. De ſtatu primi hominis quantum ad intellectum.

1 Non vidit in eſſentia,
In ipſa innocentia,
2 Nec Deum, nec Angelos.

3 Nouit phyſicè ſcibile,
Verum intelligibile:
4 Decipi non potuit.

Quæſt. 95. De his quæ pertinent ad voluntatem primi hominis vz. iuſtitia, & gratia.

1 In iuſtitia creatus.
Primus parens; cum formatus
2 Mali procul paſſio.

3 Cum-

Digitized by Google

3 Gemina hæc natura olim
Virtutes non habuit:
Fuere nec virtutes.

4 Magis nec efficax
Ubi fuit (ut fatuis)
Et opera, & merita.

Quæst. 90. De summo quod erat in fata immortem.

1 Cuncta brute, & certain
Rebus latent omnia
Perfixi imperio.

2 Non fatibus nec æquibus,
Quamvis causas inscientes,
Hic rite ingenius.

Quæst. 97. De his quæ pertinent ad resurrectionem mortuorum.

1 Præsens immortalitas,
Et impassibilitas,
Cum quare agilitas.

4 Cibus erat ne dicitem

Potus erat ne sitiret;
4 Lignum mors ne solueret.

Quæst. 98. De his quæ pertinent ad cõ-seruationem speciei per generationem.

1 Ob prolem generatio,
Ad eandem educatio,
2 Esset,& commixtio.

Quæst. 99. De conditione prolis, quantum ad corpus.

1 Vim perfectam progressiuam
Non subito,ac motiuam,
Habuissent pueri.

2 Tunc,vt nunc,vterq;sexus;
Maritalis,& complexus,
Fuisset indubiè.

Quæst. 100. De conditione prolis quoad iustitiam.

1 Cum iustitia essent nati:
2 Non in illa confirmati,
Tunc parentum filij.

Quæ-

Digitized by Google

Quæſt. 201. De conditione prolis qua ad concipiendum.

1. Nil ſemina perfert,
2. Adeo opus imperfectum,
3. Quàm vir plenè parit.

Quæſt. 202. De loco hominis quem ſi Paradiſo.

1. Eden locus Orientis
2. Tantus tantus hic decenſu
3. Primus homo hic poſitus.
4. Extra Eden ſub centro
   Mox in illum eſt tranſitus,
   Vehemens ad ſuperos.

Quæſt. 203. De cohærentiâ rerum in comitant.

1. Mundum regit Deus lumen,
2. Extramundum ſolis Numen,
3. Vnum corpus omnia.
4. Vnus gubernatoris

Iſto-

Effectus: subiectionis
Cuncta dant homagium.

6 Sine medio gubernat,
7 Nihil est, quod quisquis cernat,
Præter istum ordinem.

8 Nihil illi renititur,
Cui, vt extet, innititur.
Quis potest obsistere?

Quæst. 104. *De effectibus diuinæ gubernationis in speciali.*

1 Omnes res per se conseruat,
2 Has illis, aut istis seruat:
3 Potens in nil vertere.

4 Nil in nihilum redigit,
De facto, namq; diligit
Cuncta Dei bonitas.

Quæst. 105. *De mutatione creaturarum à Deo.*

2 Hylem mouet, 2. corpus, 3. mente
4 voluntatem. Efficientem

Di-

Digitized by Google

1 Deus Deus operans.

6 Mouet cum primus motum,
Hinc est Deus primus motor.
7 Fecit non mouendo.
Et non mouendo mouens.
Et vbique mouendo.
Et hæc mouendo.

Quæst. 106. *Quomodo una creatura mouetur aliam.*

1 Alter alterius mouetur
Lætus Angelus, & volentem
Vniuersorum non primum est
3 Non mouetur inuitum.
Nisi mouet hunc mouetum
Illumque Angelus.

Quæst. 107. *De locutione Angelorum.*

1 Alij alijs sunt loquituri,
Vnus mentis non prodituri
Cordis secreta.
2 Deum Deo hæc pura mentes,
Deus

4 Nec diſtantiæ loquentes
Locorum impediunt.

5 At illelocutionem
Audit:quem cupit ſermonem
Prolatum agnoſcere.

Quæſt. 108 *De ordinatione Angelorũ ſecundum Hierarchias, & ordines.*

1 Datur triplex Hierarchia;
2 Pulchra certè eſt harmonia,
Ex tribus ordinibus.

3 Vnus ordo plures mentes
Habet, 4. gradus hos figentes,
Sunt Natura,& Gratia.

5 Sed & congruè ſignantur
Nomine eo,quo vocantur
In ſacris eloquijs.

6 Gradus ordinis decenter
Signatur hic:permanenter
Erit poſt iudicium.

8 Æqua gloriæ menſura,

No-

Nostra illorum, & natura
Graduari poterit.

Quæst. 109. *De ordine Angelorum malorum.*

1 In illis ordinatio,
2 Et pariter prælatio
Permanet in dęmone.

3 At non illuminatio.
4 Sed bonorum prælatio
Super malos creditur.

Quæst 110. *De præsidentia Angelorum super creaturam corporalem.*

1 Ab his corpora reguntur,
2 Ad nutum non obsequuntur
Angelico imperio.

3 Ad motum bene obtemperant,
Quo res multas contemperant.
Nec miracla faciunt.

Quæst. 112. *De actione Angelorum in homines.*

1 Men-

1 Mentem possunt illustrare;
2 Nullo pacto immutare
Voluntates hominum.

3 Phantasiam, suggerendo,
4 Visum pariter mouendo,
Immutare poterunt.

Quæst. 112. *De missione Angelorum.*

1 Hi mittuntur nos tuentes,
2 Non omnes, 3. at assistentes,
Manent primi ordinis.

4 Non mittuntur exequentes
Ad nos ij sunt disponentes
5 Dominantes Angeli.

Quæst. 113. *De custodia Angelorum.*

1 Mortales amant, tuentur
Cęli sedes instaurentur:
2 Singuli habent singulos.

3 Infimorum Angelorum
Munus istud, & cunctorum
Custodia est hominum.

Digitized by Google

5 Dicas hominem vix natum,
Mox habere deputatum,
Ad ſui cuſtodiam.

6 Nunquam linquunt delinquẽtem,
7 Non triſtantur, 8. Opponentem
Hic habet & alterum.

Quæſt. 114. *De impugnatione Dæmonum.*

1 Homo à malis impugnatur,
2 Ad culpabile tentatur.
3 Cuncta, & ſi non ſuggerant.
4 Fictis ſignis nos ſeducit,
5 Victus ceſſat; ſed reducit
Noua ſemper prælia.

Quæſt. 115. *De actione corporali creaturæ.*

1 Corpus habet actiones.
2 Seminales rationes
Inſunt in materia.
3 Motus iſti inferiorum,

Digitized by Google

Effectus ſuperiorum
Cœleſtium corporum.

4 Non cauſant humanos actus,
5 Dęmon iſtis non ſubactus
6 Cuncta non neceſſitant.

Quæſt. 116. *De fato.*

1 Mundum videns gubernatum,
Dic hoc ſenſu dari fatum:
2 Dei eſt diſpoſitio.

3 Mobile eſt, non primaria,
4 Sed cauſa in ſecundaria,
Cuncta ei non ſubdita.

Quæſt. 118. *De his quæ pertinent ad actionem hominis.*

1 Verbis alterum docere
Poteſt homo quiuis verè,
2 Sed non valet Angelum.

3 Forma corpus non immutat,
4 Separatam, nullus putat
Mouere vi propria

Que-

Digitized by Google

Quæst. 118. *De traductione hominis ex homine quantum ad Animam.*

1 Sensitiua est quę educitur?
2 Nostra vero haud traducitur,
3 Creatur cum infunditur.

Quæst. 119. *De propagatione hominis quantum ad corpus.*

1 Et in carnem nutrimentum Conuertitur: alimentum
2 Semen est, superfluum.

PRIMÆ SECVNDÆ

QVÆSTIO PRIMA

De voluntate hominis.

1 PRæter finem operatur
Homo voluntarie, & ordinatur
Humanus actus.

3 A fine specificantur
Actus moralium
A fine denominantur
A fine bonitatem

5 Finis, est is ad quem ordinantur
Cuncta propter se operantur
7 Omnes & soli homines.

Quæst. 2. De beatitudine in qua fit

1 Non in opum copia, aut honore,
3 In gloria aut decore
Consistit felicitas.

4 Nec scientia in potestate
5 Corporis aut voluptate
7 Manet & in creatis.

Quæst.

Quæst. 3. De beatitudine quid sit.

Beatitas adeptio
1 Creata est, 2. hæc perfectio
Nostra est operatio.

3 Non in parte sentiente,
4 Sed in mente intelligente;
5 Vbi speculatio.

6 Non beatus, si naturas,
7 Vel cœlestes creaturas
Scias, 8. Deum videas.

Quæst. 4. De his quæ exiguntur ad beatitudinem.

1 Delectatio causatur,
Quæ bonum concomitatur:
2 Sed visio est potior,

3 Verum si comprehensio
Idem ac ipsa tensio,
Hæc quoque requiritur.

4 Rectitudo voluntatis.
Requiritur in beatis,

PRIMÆ SECVNDÆ

QVAESTIO PRIMA

De vltimo fine hominis.

1 PRopter finem operatur
Homo 2. ſolus, ſi noſcatur
Huius finis ratio.

3 A fine ſpecificantur
Actus noſtri, 4. terminantur
A finitis finibus.

5 Vnus, eſt 6. ad quem ordinantur
Cuncta noſtra; ita operantur
7 Omnes, 8. ſoli homines.

Quæſt. 2. De beatitudine in quibus ſit

1 Non in mammona, 2. aut honore,
3 In gloria, aut decore
Conſiſtit felicitas.

4 Nec terrena in poteſtate,
5 Corpore, 6. aut voluptate,
7 Mente, 8. re creabili.

Quæſt.

Quæſt. 3. De beatitudine quid ſit.

Beatitas adeptio
1 Creata eſt, 2. hæc perfectio
Noſtra eſt operatio.

3 Non in parte ſentiente,
4 Sed in mente intelligente;
5 Vbi ſpeculatio.

6 Non beatus, ſi naturas,
7 Vel cœleſtes creaturas
Scias, 8. Deum videas.

Quæſt. 4. De his quæ exiguntur ad beatitudinem.

1 Delectatio cauſatur,
Quæ bonum concomitatur:
2 Sed viſio eſt potior,

3 Verum ſi comprehenſio
Idem ac ipſa tenſio,
Hæc quoque requiritur.

4 Rectitudo voluntatis.
Requiritur in beatis,

Digitized by Google

PRIMÆ SECVNDÆ

QVAESTIO PRIMA

De vltimo fine hominis.

1 PRopter finem operatur
Homo 2. ſolus, ſi noſcatur
Huius finis ratio.

3 A fine ſpecificantur
Actus noſtri, 4. terminantur
A finitis finibus.

5 Vnus, eſt 6. ad quem ordinantur
Cuncta noſtra; ita operantur
7 Omnes, 8. ſoli homines.

Quæſt. 2. De beatitudine in quibus ſit

1 Non in mammona, 2. aut honore,
3 In gloria, aut decore
Conſiſtit felicitas.

4 Nec terrena in poteſtate,
5 Corpore, 6. aut voluptate,
7 Mente, 8. re creabili.

Quæſt.

Quæſt. 3. De beatitudine quid ſit.

Beatitas adeptio
1 Creata eſt, 2. hæc perfectio
Noſtra eſt operatio.

3 Non in parte ſentiente,
4 Sed in mente intelligente;
5 Vbi ſpeculatio.

6 Non beatus, ſi naturas,
7 Vel cœleſtes creaturas
Scias, 8. Deum videas.

Quæſt. 4. De his quæ exiguntur ad beatitudinem.

1 Delectatio cauſatur,
Quæ bonum concomitatur:
2 Sed viſio eſt potior,

3 Verum ſi comprehenſio
Idem ac ipſa tenſio,
Hæc quoque requiritur.

4 Rectitudo voluntatis.
Requiritur in beatis,

PRIMÆ SECVNDÆ

QVAESTIO PRIMA

De vltimo fine hominis.

1 PRopter finem operatur
Homo 2. ſolus, ſi noſcatur
Huius finis ratio.

3 A fine ſpecificantur
Actus noſtri, 4. terminantur
A finitis finibus.

5 Vnus, eſt 6. ad quem ordinantur
Cuncta noſtra; ita operantur
7 Omnes, 8. ſoli homines.

Quæſt. 2. De beatitudine in quibus ſit

1 Non in mammona, 2. aut honore,
3 In gloria, aut decore
Conſiſtit felicitas.

4 Nec terrena in poteſtate,
5 Corpore, 6. aut voluptate,
7 Mente, 8. re creabili.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæst. 3. De beatitudine quid sit.

Beatitas adeptio
1 Creata est, 2. hæc perfectio
Nostra est operatio.

3 Non in parte sentiente,
4 Sed in mente intelligente;
5 Vbi speculatio.

6 Non beatus, si naturas,
7 Vel cœlestes creaturas
Scias, 8. Deum videas.

Quæst. 4. De his quæ exiguntur ad beatitudinem.

1 Delectatio causatur,
Quæ bonum concomitatur:
2 Sed visio est potior,

3 Verum si comprehensio
Idem ac ipsa tensio,
Hæc quoque requiritur.

4 Rectitudo voluntatis.
Requiritur in beatis,

Digitized by Google

PRIMÆ SECVNDÆ

QVAESTIO PRIMA

De vltimo fine hominis.

1 PRopter finem operatur
Homo 2. ſolus, ſi noſcatur
Huius finis ratio.

3 A fine ſpecificantur
Actus noſtri, 4. terminantur
A finitis finibus.

5 Vnus, eſt 6. ad quem ordinantur
Cuncta noſtra; ita operantur
7 Omnes, 8. ſoli homines.

Quæſt. 2. De beatitudine in quibus ſit

1 Non in mammona, 2. aut honore,
3 In gloria, aut decore
Conſiſtit felicitas.

4 Nec terrena in poteſtate,
5 Corpore, 6. aut voluptate,
7 Mente, 8. re creabili.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæst. 3. De beatitudine quid sit.

Beatitas adeptio
1 Creata est, 2. hæc perfectio
Nostra est operatio.

3 Non in parte sentiente,
4 Sed in mente intelligente;
5 Vbi speculatio.

6 Non beatus, si naturas,
7 Vel cœlestes creaturas
Scias, 8. Deum videas.

Quæst. 4. De his quæ exiguntur ad beatitudinem.

1 Delectatio causatur,
Quæ bonum concomitatur:
2 Sed visio est potior,

3 Verum si comprehensio
Idem ac ipsa tensio,
Hæc quoque requiritur.

4 Rectitudo voluntatis.
Requiritur in beatis,

Digitized by Google

5 Non moles corporea.

6 Si beatitas perfecta,
Vndequaq; cum ſit recta,
Corpus vult diſpoſitum.

7 Non externa bona, amici
Nec ſatis quamuis pudici,
8 Deus ſolus ſatiat.

Quæſt 5. *De adeptione beatitudinis*

1 Eſſe poteſt quis beatus,
Ad id homo eſt creatus;
2 Hic illo beatior.

3 Non hic; cœlo, vbi fruetur
Deo, qui cum poſſidetur,
4 Eſt in amiſibilis

5 Se beare haud eſt naturæ,
6 Nec vllius creaturæ,
Etiam ſit Angelus.

7 Opus rectum ſubleuare,
Deo dante, atque beare,
Certe poteſt homines.

Op-

Digitized by Google

8 Optat omnis bonitatem,
Subinde felicitatem,
Nullus vult miſeriam.

Quæſt. 6. De actibus humanis, & primo de voluntario, & inuoluntario.

1 Dicitur humanus actus
Liber ſponte, non coactus
Verè voluntarius.

2 Voluntario imperfecto,
Communicare profecto,
Dic pueros, belluas.

3 Abſq; actu voluntatis
Poteſt eſſe, 4. hoc facultatis
Eſt, vt cogi nequeat.

5 Violentia, nec pauor
Illud tollit: ſed, 7. nec amor.
8 Sola at ignorantia.

Quæſt. 7. De actuum humanorum circumſtantijs.

Digitized by Google

1 Circumſtantiæ iunguntur
Noſtris actibus, 2. leguntur
Hæ quoq; in Theologis.

3 Quis, quid, vbi, numerantur
Quibus copijs (ſicfantur)
Cur, & quando, qualiter.

4 Inter iſtas principales,
Ad quid res ſunt factæ tales,
Et quid eſt, quod agitur.

Quæſt 8. De actibus voluntarijs in ſpeciali & primo de voluntate quorũ ſit, vt volitorum.

1 Voluntatis eſt obiectum
Bonum apparens, vel perfectum,
2 Finis atque medium.

3 Poteſt eſſe mediorum
Finis, actus, & ſi amborum
Vnus idem numero.

Quæſt. 9. De motiuo voluntatis, ideſt a quo moueatur.

In.

1 Intellectus voluntatem
  Mouet: istam facultatem
2 Mouet & sensatio.

3 Mouet sese, 4. externus motor
5 Non cęlũ, 6. Eius est pręmotor
  Cunctorum principium.

Quæst. 10. *De modo quo voluntas mouetur.*

1 Ad vnum determinata,
  Quædam vult, 2. necessitata
  Nullo obiecto, indubiè.

3 Non adstringit voluntatem
  Sensus, 4. & hanc facultatem
  Deus mouet liberè.

Quæst. 11. *De actu voluntatis, qui est fruitio.*

1 Frui est actus appetitus;
  Est perfectus, non inuitus,
  Ob id tm̃ est hominis.

Digitized by Google

3 Fructus quoque cum dulcorem
Simul dicat,& saporem,
Finis tantum vltimi.

4 At cum finis possidetur,
Et realiter habetur,
Tunc fructus est propriè.

Quæst. 12. *De actu voluntatis, qui est intentio*

1 Voluntas est quæ intendit.
2 Finem vltimum, haud prætendit
Semper in omni opere.

3 Plures fines ordinare
Simul potest, atque amare,
Et sic plura intendere.

4 Finis quoque mediorum
Idem motus diuersorum,
5 Non intendit bestia.

Quæst. 13. *De actu voluntatis, quæ est electio.*

1 Eligimus voluntate

Ca-

2 Carent ista facultate
Pecudes,& belluæ.

3 Sed Media quæ eliguntur,
4 Sunt,& quæ per nos aguntur,
5 Quæ uè posſibilia.

6 Homo eligit libertate,
Excluſa neceſsitate,
Habens ſe ad oppoſita.

Quæſt. 14. De *Consilio.*

1 Quisquis dubitat, inquirit;
Consilium,& hoc requirit,
2 Tantummodo eſt medij.

3 Sed à nobis quæ patrantur,
Per consilium inquirantur,
4 Sed non tamen omnia.

5 Solutorius proceſſus
Eius eſt, 6. non ſit progreſsus
Ad media innumera.

Quæſt. 15. De *actu voluntatis, qui eſt conſenſus.*

Digitized by Google

1 Voluntatis est consensus.
2 At brutorum tm̃ sensus.
3 Est omninò medij.

4 Est supremæ portionis
Consentire rationis;
Hoc culpa perficitur.

Quæst. 16. *De actu voluntatis qui est vsus.*

1 Vsus actus voluntatis,
2 Solum humanæ facultatis:
3 Non est finis vltimi.

4 Non est ante electionem,
Ni voluntas rationem,
Applicet ad quærere.

Quæst. 17. *De actibus voluntate imperatis.*

1 Rationis imperare;
2 Sed non conuenit mandare
Brutis animalibus.

3 Post Imperium est vsus;

Im-

4 Imperatus eſt incluſus
Actus ſub Imperio.

5 Voluntatis, 6. rationis,
7 Sed non ſenſationis
Imperamus actibus

8 Nullo pacto nutritiua
Vt nec generatiua
Subduntur Imperio.

9 Membra noſtra obſecutiua
(Excipe generatiua)
Rationis actibus.

Quæſt. 18. De *bonitate, & malitia humanorum actuum.*

1 Actioni bonitatem
Hou[illegible] eſſe prauitatem;
2 Obiectum idem tribuit.

3 Circumſtantia, 4. finalis
Boni mali actus moralis
Cauſa, 5. hi plures ſpecie.

6 Actus ambo hi ex finali,

Non

Non vero materiali,
Distinguntur specie.

7 Si obiectum comitatur
Per se finem collocatur
Vnum tunc sub alio.

8 Est in specie neutralis.
Actus quidam, 9. nunquam talis
Qui in indiuiduo.

10 Facit speciem moralem
Quod circumstat: At non talem
11 Quando tantum aggrauat.

Quæst. 19. De bonitate & malitia actus interioris voluntatis.

1 Ab obiecto voluntatis
2 Solo pendet, 3. bonitatis
Est, sit menti subdita.

4 Prima ex lege gubernante,
5 Conscientia haud errante,
Pendet quoque bonitas.

6 Si concordas menti erranti,

Ma-

Digitized by Google

Malum eſt ſic iudicanti,
Non ſaluat inſcitia

7 Ex finis intentione,
8 Actus quoque intenſione
Augetur hæc bonitas

9 Cum nos Deo conformamur.
Certè tunc bonificamur,
10 Sed hoc fit formaliter.

Quæſt. 20. De bonitate, & malitia exteriorum actuum humanorum.

1 Bonum, malum interius
*P*rius ſunt, quam exterius:
Actus mentem ſequitur.

2 Non ſat eſt voluntas recta,
Si materia imperfecta
Rei, vel circumſtantia. aut

3 Eadem eſt, non diuerſa
Actio bona, aut peruerſa,
Nexa internæ exterior.

4 Cum voluntas conſummata,
Atque actio *P*atrata,

Ma-

Digitized by Google

Maius voluntarium.

5 Si præuisus sit euentus,
Auget bonum sic intentus,
Vel quoque malitiam.

6 Bonus, malus, moraliter
Non est qui naturaliter,
Actus vnus numero.

Quæst. 21. *De his, quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis, aut malitiæ.*

1 Actus noster est effectus,
Potest esse prauus, rectus,
2 Dignus laude, opprobrio.

3 Promeretur, demeretur,
4 Peccans homo haud se tuetur,
Deo iusto vindice.

Quæst. 22. *De passionibus animæ in generali, & primo de subiecto earum.*

1 In anima affectiones,
Quas vocamus passiones.

Ap-

Digitized by Google

2 Appetentis animæ.

3 Appetitus ſenſitiui,
Sed nequaquam intellectiui
Actus ipſa paſſio.

Quæſt. 23. De differentia paſſionum ad inuicem.

1 Sed quæ in iraſcibili,
Et in concupiſcibili,
Specificè differunt.

2 Tanquam bonum, & malũ pugnãt,
Per acceſſum hæ repugnant,
Et receſſum pariter.

3 Vna alteri aduerſatur,
Nulla iræ contrariatur
Eius hæc proprietas.

4 In eadem facultate
Sunt cum contrarietate
Differentes ſpecie.

Quæſt. 24. De bono & malo circa paſſiones animæ.

1 Ab-

1 Absolutè haud laudabiles,
Vt nec vituperabiles,
Sed vt voluntariæ.

2 Ratione moderatæ
Bonæ sunt, 3. nec bonitate
Semper actum spoliant.

4 Hoc proprium passionis,
Iudicio vt rationis
Sit praua, vel optima.

Quæst. 25. De ordine passionum ad inuicem.

1 Antecedunt cupientis
Passiones irascentis;
2 Amor prima passio.

3 Irascentis spes præcedit
Cunctas: 4. gaudium at excellit:
Est inter præcipuas.

Quæst. 26. De passionibus animæ in speciali, & primo de amore.

1 In optante subiectatur
Vi, amor, 2. qui nominatur
Passio

Passio sensibilis.

3 At cum voluntas eligit
Actum, cum quid diligit, quidquam
Tunc amor dilectio.

4 Amor concupiscentiæ
Alius, qui amicitiæ:
Optima diuisio.

Quæst. 27. *De causis amoris.*

1 Bonitas, 2. contemplatio,
3 Nec non assimilatio,
Amorem principiant.

4 Cunctæ vero passiones,
Vel dicas affectiones,
Ab amore profluunt.

Quæst. 28. *De effectibus amoris.*

2 Vnit, 2. hæret, 3. extra ponit
Amor, 4. zelat, 5. discomponit
Corpus, cum exorbitans.

6 Si omne agens operatur
Proptar finem, qui adamatur,

Ex

Ex amore omnia .

Quæſt. 29. de ordio.

1 Cauſat odium perfectum
  Res nociua, aut malum obiectũ:
2 Ex amore naſcitur .

3 Non eſt fortius amore:
4 Nullus odit ſe ex dolore:
5 Nullus verum in genere.

6 Sola pars intellectiua,
  Non portio ſenſitiua,
  Odit generalia.

Quæſt. 30. De concupiſcentia.

1 Concupiſcens hęc in ſenſu
  Reſidet, ex ſuo cenſu,
2 Specialis paſſio .

3 Eſt quandoque naturalis,
  Et interdum innaturalis,
4 Infinita cupiens.

Quæſt. 31. De delectatione.

1 Paſ-

1 Passio delectatio;
2 Accidit hęc mutatio
Vt fiat in tempore.

3 Brutum haud gaudet, oblectatur:
4 Vnde in sensu, qui immutatur
Extat delectatio.

5 Corporalis spiritali
Non est maior, in se tali,
6 Mentis est quàm maxima.

7 Quædam nobis naturales:
Quædam vero bestiales:
8 Quædam sunt contrariæ.

Quæst. 32. De causa delectationis.

1 Est autem delectatio
Nostra ipsa operatio
2 A motu producitur:

3 Sed, & vis memoratiua,
4 Res interdum afflictiua,
Delectant nos pariter

5 Actiones alienæ
Condelectant æquè benè:

6 Sic

6 Sic & benefacere.

7 Ipsa, & assimilatio,
8 Sicut & admiratio,
Delectare faciunt.

Quæst. 33. De effectibus delectationis.

1 Eius munus dilatare,
2 Desiderium causare,
Et sitim accendere.

3 Exorbitans rationem
Turbat, ob distractionem.
4 Opus quoque perficit.

Quæst. 34 De bonitate & malitia delectationis.

1 Quædam est mala, 2. quædã bona,
3 Quædam optima inter dona
Quæ dantur hominibus.

4 Non est regula nostrorum
Bonorum actuum, aut malorum,
Sensus delectatio,

Quæſt. 35. De dolore aut triſtitia ſecundum ſe.

1 Eſt paſſio mæſtitia,
2 Dolor eſt Hæc triſtitia,
3 Gaudio contraria.

4 Non quælibet męſtitia,
Seu dolor vel triſtitia,
Opponitur gaudio.

5 Cum diuina contemplamur,
Vel abſtracta meditamur,
Per ſe nulla afflictio.

6 Maior delectationis
Appetitus paſſionis,
Quam fuga triſtitiæ.

7 Maior quoque interior.
Quàm ſit ea quæ exterior,
8 Bis duæ huius ſpecies.

Quæſt. 36. De cauſis triſtitiæ ſeù doloris.

1 Pręſens malum, 2. concupitum,
3 Vni-

3 Vnitatis appetitum,
Dicas cauſam, 4.& ſubijci.

Quæſt.37.De effectibus doloris,ſeu triſtitiæ.

1 Ipſa mens cum contriſtatur,
Haud diſcit, 2. aggrauatur
3 Opus linquit, 4. patitur.

Quæſt.38.De remedijs triſtitiæ ſeu doloris.

1 Pellit delectatio
2 Fletus, 3.conſolatio
Amici, 4.vel ſtudium.
5 Somnus,balnea mœrorem
Sunt ſedantia, & dolorem,
Curas ſoluunt anxias.

Quæſt.37.De bonitate, & malitia triſtitiæ ſeu doloris.

1 Modo mala, 2. modò honeſta
3 Modo vtilis,funeſta
4 Nec ſummum malum hominis.

Quæ-

Digitized by Google

Quæſt.40. De Partionibus iraſcibilis & primo de ſpe, & deſperatione.

1 Non idem ſpes, cupiditas,
2 Appetentis vtilitas:
3 Extat quoque in belluis.

4 Sed cum ſpe deſperatio,
Certat, 5. ſpei caulatio
Ex experientia.

Et ebrietas, iuuentus;
Cauſa ſunt ardui euentus.
Vt dicit Philoſophus.

7 Facit me ſpes hæc, amantem.
8 Indefeſsè laborantem,
Opus ſit, quàm arduum.

Quæſt.41. De timore ſecundum ſe.

1 Eſt pathia, 2. ſpecialis;
3 Timor haud naturalis:
4 Sex eius ſunt ſpecies.

Quæſt.42. De obiecto timoris.

1 Illud malum quod timetur,
Ipsum quoque præuidetur
Et hoc timor respicit.

2 Istud malum est naturæ,
3 Nam peccantis creaturæ
Malum nullus trepidat.

4 Timor, 5. & plus repentina,
6 Quæve carent medicina
Sunt formidabilia.

Quæst. 43. De *causa timoris.*

1 Hæc proprietas amoris,
Nostri causa sit timoris,
2 Et defectus pariter.

Quæst. 44. De *effectibus timoris.*

1 Contrahit, 2. consiliatur;
3 Tremor ab hoc generatur,
4 Foris opus impedit.

Quæst. 45. De *audacia.*

1 Audax timens se propellunt;
2 Bonę spei se se impellunt

Digitized by Google

Ad audenda fortia.

3 Nullo naſcitur defectu;
4 Et in ipſomet profectu
Eſt remiſſa audaciâ.

Quæſt. 46. De ira ſecundum ſe.

1 Eſt pathia ſpecialis.
2 Tam in bonis, quam in malis
Obiectum præfigitur.

3 Illa eſt in irascibili,
4 Confert, 5. concupiſcibili
Eſt connaturalior.

6 Magis peccat, quam iratus
Cum quis odit, 7. hic reatus
Iræ, ad quos iuſtitia

9 Irę, fel, mania, furor,
Motus cordis, quibus vror:
Tres ſunt iſtę ſpecies.

Quæſt. 47. De cauſa effectiua ire, & de remedijs eius.

1 Damno illato prouocatus,
2 Paruipenſus peſſundatus.

Fortiter irascitur.
3 Causat iram excellentia,
4 Aut si despicientia,
Prouocent, vel infimi.

Quæst. 48. De effectibus iræ.

1 Cum punis delectat ira,
2 Feruet cor (res est hæc mira)
3 Mentem, 4. vocem impedit.

Quæst. 49. de principijs intrinsecis humanorum actuum, & primo de habitibus in generali quoad eorum substantiam.

1 Iuxta rei veritatem
Dic habitum qualitatem,
2 Terminata in specie
3 Ad actus hic dirigitur;
Natura, & hoc perficitur;
4 Vnde necessarius.

Quæst. 50. De subiecto habituum.

1 Est habitus corporalis,
Est pariter spiritalis,
2 Qui est in potentijs.

Digitized by Google

3 Et vires ſenſationis,
Si ſub regno rationis,
Indigent habitibus.

4 Sunt in noſtra ratione:
Sunt & in volitione,
6 Dantur quoque in Angelis.

Quæſt. 51. *De cauſa habituum, & primo de generatione ipſorum.*

1 Hos natura, 2. hos gignit actus,
3 Nec per vnum vnquam factus
Acquiſitus habitus.

4 At habitus excedentes,
Supra modum excellentes,
Funduntur diuinitus.

Quæſt. 52. *De augmento habituum.*

1 Hi in nobis augmentantur,
2 Nil addendo radicantur,
3 Ex intenſis actibus.

Qu. 53. *De diminutione, & corruptione habituum.*

1 Ipſi quoque corrumpuntur:
Vt augentur, 2. minuuntur.
Si ceſſes ab opere.

Quæſt. 54. De diſtinctione habituum.

1 Plures vna in facultate,
2 Obiecti varietate,
Diſtinguntur ſpecie,

3 Per bonum, & malum ſecantur,
4 Nunquam verò glomerantur,
Vnus ſit ex pluribus.

Quæſt. 55. De habitibus in ſpeciali, & primo de habitibus bonis, ſcilicet virtutibus, donis, beatudinibus, fructibus, & primo de virtutibus quantum ad ſuas eſſentias.

1 Eſt habitus, 2. quo operamur
(Virtus) 3. Bonus quo frenamur.
4 Bona eſt eius notio.

Quæſt. 56. De ſubiecto virtutis.

1 Eſt virtus in potentia,
Non tamen in eſſentia,
2 Non æquè vna in pluribus.

3 Ha-

3 Habet eam intellectus,
Nunquam erit hic perfectus,
Ni voluntas dirigat.

4 Facultas irascibilis,
Et vis concupiscibilis
Substant & virtutibus.

5 Non substat vis sensitiua,
Nec vis 6. nostra appetitiua,
Ni obiectum excellerit.

Quæst. 57. De diuisione virtutum, & primo intellectualium.

1 Sunt virtutes speculantes
Habitus 2. meditantes;
Hi tres tantum numero.

3 Ars cum his non recensetur,
Verum benè quis vtetur,
Sit virtus re, nomine.

4 Prudentia ab arte distat:
Rectè vt viuas semper instat;
5 Ob id necessaria.

6 Partes aliæ ei nectuntur,
Gnomi, Ebulia dicuntur,
Et Synesis pariter.

Quæst. 58. De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus.

1 Virtus omnis, haud moralis,
2 Alia intellectualis:
3 Virtutis hæc sectio.

4 Sine mente nec moralis;
5 Absque hac at est mentalis,
Prudentia excipitur.

Quæst. 59. De distinctione virtutum moralium secundum comparationem ad passionem.

1 Passio, non est moralis
Virtus, 2. at vt comes, talis,
Moderata ei iungitur.

3 Est virtus cum tristitia,
Sicut est cum lætitia,
Moderata regulis.

4 Pas-

4 Passiones moderatur,
5 Ab hac autem ablegatur
Apathia Stoica.

Quæst. 60. De distinctione virtutum moralium ab inuicem.

1 Sunt distinctæ, 2. hæc passiones,
Illa aspicit actiones,
Vt iram, iustitiam.

3 Plures spectant actiones,
4 Plures quoque passiones,
Quare plures specie.

5 Iuxta obiecta distinguuntur,
Quæ bis seno concluduntur
Numero à Philosopho.

Quæst. 61. De virtutibus Cardinalibus.

1 Hæ virtutes cardinales,
Ob id dictæ principales,
2 Quatuor sunt numero.

3 Ad has omnes reducuntur,

Digitized by Google

4 Ad inuicem distinguntur
Diuersa materia.

5 In virtutes exemplares,
Purgatorias, aut tales,
Diuiduntur optimè.

Quæst. 62. De virtutibus Theologicis.

1 Theologicas virtutes
Ad mortalium salutes,
2 Memento ab his diuidas.

3 Sunt hę fides, spes, & amor
Inter has (scripturæ clamor)
Charitas præeminet.

Quæst. 63. De causa virtutum.

1 Virtus nobis non natura
Inest, 2. sit quantumuis dura,
Gigni potest actibus.

3 Sed præter Theologales,
Infunduntur, & morales:
4 Has à partis diuide.

Quæst.

Digitized by Google

Quæst.64. De proprietatibus virtutum, & primo de medio earum.

1 Virtus medium contingit,
2 Rationis, 3. & pertingit
Ad id mentis habitus.

4 Nescit medium, vel metam
(Sacris cartis vt hæc petam)
Virtus theologica.

Quæst.65. De connexione virtutum.

1 Hæc morales connectuntur,
2 Sine amore nec dicuntur
Virtutes simpliciter.

3 Infusas complectitur
Amor: cui nec nectitur
4 Fides, & spes mortua.

5 Nunquam tamen destituta
Spe, aut à fide resoluta
Reperitur charitas.

Quæst.66. De æqualitate virtutum.

1 Sunt virtutes inæquales

2 In ſubiecto quoque, haud pares:
3 Mentis ſupereminent.

4 In moribus iuſtitia,
5 In mente ſapientia,
6 Super omnes charitas.

Quæſt. 67. De duratione virtutum.

1 Formale naturalium,
2 Vt intellectualium
Remanet in patria.

3 Fides, ſpes 4. non apparebit,
5 Nil earum remanebit,
6 Charitas non excidet.

Quæſt. 68. De donis.

1 Secernuntur ab his dona:
2 Neceſſaria ſunt bona:
3 Sunt pariter habitus.

4 Septem ſunt, 5. & connectuntur,
Mentem hominis ſequuntur,
6 Nam manent in patria.

7 Congruenter numerantur:

Opus

Opus eſt vt præferantur
8 Humanis virtutibus.

Quæſt. 69. De beatitudinibus.

1 Verum beatitudines
Actus ſunt, 2. habitudines
Habent iſtæ ad præmia.

3 Congruenter numerantur,
Recenſentur, commendantur;
4 Cum ipſarum præmijs.

Quæſt. 70. De fructibus.

1 Fructus ſpiritus ſunt boni
Actus noſtri; rationi
Quando ſupereminent.

2 Fructus à beatitate
Differt, namque in bonitate,
Beatitas celſior.

3 Fructus hos Paulus biſſenos
4 Cenſet, carnis duodenos
Opponens operibus.

Quæst. 71. De vitijs, & peccatis.

1 Virtus, vitium directè
Opponuntur, 2. est perfectè
Naturæ contrarium.

3 Non est peius, quàm peccatum,
4 Nec excludit perpatratum
Virtuosos habitus.

5 Culpa verò omissionis
Absque actu; directionis
Cum careat regula.

6 Dictum, factum, vel optatum
Contra legem est peccatum.
Ista diffinitio.

Quæst. 72. De distinctione peccatorum.

1 Ex obiectis distinguuntur
Culpæ. 2. carnis secernuntur
A spiritualibus.

3 Istas finis specificat,
4 Quod sit Dei, multiplicat,
Sui, fratris læsio.

5 Non

5 Non reatus, 6. at omissus
Secat actus, vel commissus.
7 Cordis, oris, operis
8 Defectus, abundantia
9 Intenta circumstantia
Distinguunt & species.

Quæst. 73. De comparatione peccatorum adinuicem.

1 Non sunt nexæ culpæ, 2. aut pares
3 Ex obiecto certò graues,
4 Aut virtute opposita.

5 Grauat culpa spiritalis:
6 Vel si causa sit finalis,
7 Aut ex circumstantia.

8 Damnum maius, 9. vel obiectum,
Læsum, 10. peccans, vel subiectum
Aggrauant peccamina.

Quæst. 74. De subiecto peccatorum.

1 Sunt voluntas qua peccamus
2 Vires, 3. sensus (si imperamus)
Subiecta peccaminis.

4 Nul-

4 Nullo modo nocet ſenſus,
Procul abſit ſi conſenſus,
Dum caro recalcitrat.

5 Notio defectuoſa,
6 Delectatio moroſa,
Rationis opera

7 Conſenſus ſupremus actus
8 Mentis; culpa, etſi non partus,
Si adſit delectatio.

9 Eo leuiter peccamus,
Culpas leues cum patramus,
10 Subitis vel motibus.

Quæſt. 75. De cauſis peccatorum in generali.

1 Actus eſt deordinatus,
Cauſam habens eſt cauſatus:
2 Ab interno profluit.

3 Cauſam habet, & externam
(*Peccatorum vide Lernam*)
4 Vnum cauſa alterius.

Quæſt.

Quæst. 76. De causis peccatorum in speciali.

1 Ignorantia culparum
2 Causa, culpæ est, & pœnarum
Rea; cum vincibilis.

3 Culpam leuat. 4. Affectata
Auget, cum sit procurata:
Vim habens malitiæ.

Quæst. 77. De causa peccati, & primo ex parte appetitus sensitiui.

1 Mouent mentem passiones,
2 Superantes rationes,
3 Et hoc est infirmitas.

4 Facit ciues Babylonis
Amor sui. 5. Elationis,
Et carnis cupiditas.

6 Passionè alleuiaris,
7 In toto non excusaris,
8 In graui, à lethalibus.

Quæst. 78. De causa peccati ex parte voluntatis, quæ dicitur malitia.

1 Peccant quidam studiosè:
2 Qui habitu malitiosè:
3 Nec semper ex habitu.

4 Peccans ex electione,
Non verò ex passione,
Grauius transgreditur.

Quæst. 79. De causis exterioribus peccati, & primo ex parte Dei.

1 Actus causa, non defectus
Culpæ, Deus, 2. est effectus
Eius, omnis entitas.

3 Cœcat homini negando
Lucem, 4. ad tempus ordinando
Hoc pro regni filijs.

Quæst. 80. De causa peccati ex parte diaboli.

1 Causa dæmon est moralis
2 Culpæ, ab ipso cum vitalis

Mo-

Mouetur potentia.

3 Non coarctat vel adstringit,
Solum mouet, vel dipingit:
4 Omnia nec suggerit:

Quæst. 81. *De causa peccati ex parte hominis.*

1 Noxa prima originatur
Primo patre; hæc propagatur.
2 Sola, 3. omnes inficiens.

4 Si non viro fæcundata
Caro; culpæ ex Adam nata
Non esset obnoxia.

5 Eua sola si peccasset,
Totum genus non damnasset
Labe primigenia.

Quæst. 82. *De peccato originali quantum ad suam essentiam.*

1 Languor dicitur naturæ;
Nostri omnium genituræ
2 Vnum in vno homine.

3 Iustitię originalis.
Est carentia formalis.
4. Hęc est æqua in omnibus.

Quæst. 83. *De subiecto originalis peccati.*

1 Non in carne subiectatur.
2 Primo anima inquinatur,
Deinceps potentię.

3 Prius lędit voluntatem,
Quam noscentem facultatem,
Nostri lapsi generis.

4 Generantem, irascentem,
Facultatem cupientem,
Velut lepra hæc inficit.

Quæst. 84. *De causa peccati, secundum quod vnum peccatum est causa alterius.*

1 Est radix auaritia
Malorum, 2. sed initia
Peccati superbia.

3 Prę-

Digitized by Google

3 Præterhæc, capitalia,
Quæ ſunt prima mortalia
4 Septem tantum numero.

Quæſt. 85. De effectibus peccati, & primo quantum ad corruptionem naturæ.

1 Noſtrum bonum, cum peccatur,
Solum noxa tenuatur,
2 Nec aufertur penitus.

3 Vulnera (malitia
Cupido, atq; inſcitia
Infirmitas) quatuor.

4 Sed rem ſpecie peccatum
(Cum ab homine eſt patratum)
Priuat; modo, & ordine.

5 Mors; & alij defectus,
Primæ culpæ ſunt effectus,
6 A natura haud profluunt.

Quæſt. 86. De effectibus peccati quantum ad maculam.

1 Mens

1 Mens peccato aculatur
Cum chariſmate priuatur,
2 Et hæc labes permanet.

Quæſt. 87. De effectibus peccati quantum ad reatum pœnæ.

1 Eſt effectus pęna noxę:
2 Culpa culpæ, & orthodoxè
Pęna quoque dicitur.

3 Sed æternum cruciatum,
Culpę ſcimus præparatum,
Sub terræ latibulis.

4 Pęna ſenſus eſt finita,
Mole, damni eſt infinita,
5 Hac plectuntur crimina.

6 Terſa macula peccati,
Pęna infertur; vires grati
Væſanentur animæ.

7 Sed non ſemper culpæ eſt index
8 Pęna; animæ, & ſi vindex
Delinquentis hominis.

Quæſt.

Quæſt. 88. De his quæ diſtinguuntur ſecundum reatum, ideſt de peccato mortali, & veniali.

1 Rectè culpa in venialem.
Diuiditur, ac mortalem:
2 Differunt ex genere

3 Ad mortale veniale,
4 Parat iter, fit mortale
5 Fine circumſtantia.

5 Sed mortale veniale,
Poteſt fieri tunc tale,
Cum conſenſus abfuit.

Quæſt. 89. de peccato veniali ſecundum ſe.

1 Leuis culpa cauſat labem,
2 Illam verò dicas trabem,
Et fœnum, & ſtipulam.

3 Hanc non potuit patrare
Motu primo, & ſic peccare,
Primus homo, 4. aut Angelus.

Pri-

5 Primi motus ſenſuales
Infidelis, veniales
Sunt quoque, certiſſimè

6 Solum vere originale
Non patitur veniale,
In quocunque tempore.

Quæſt. 90. De principijs exteriorum actuum

1 Lex eſt actus rationis,
Ciuium, 2. communionis
Bonitatem reſpicit.

3 Non condit eam priuatus,
4 Ordo cum eſt promulgatus,
Legem tunc conſtituit.

Quæſt. 91. De diuerſitate legum.

1 Lex æterna nobis datur.
2 Naturalis commen datur,
3 Humana, diuinaque.

5 Lex diuina bipartita

Mors

Mors est vetus, noua est vita :
6 Datur & lex fomitis.

Quæst. 92. De effectibus legis.

1 Facit bonos; 2. imperando,
Permittendo, vel vetando,
Et delicta puniens.

Quæst. 93. De singulis legibus, & primo de lege æterna.

1 Artis habet rationem
Lex æterna; 2. notionem
Sui in nobis imprimit.

3 Ab æterna deriuatur
Omnis lex. 4. Quæ moderatur
Creata, ei subdita;

5 Sed res quoque contingentes,
6 Et humanæ, profluentes
Ex libero arbitrio.

Quæst. 94. De lege naturali.

1 Non est habitus naturæ
Lex; 2. ad instar genituræ

Plura iussa peperit.

3 Omnes actus virtuosi,
Per quos ciues speciosi,
Ab ea proueniunt.

4 Apud omnes vniformis:
5 Non mutatur: nec difformis:
6 Vnquam abolebitur.

Quæst. 95. De lege humana, & primo de ipsa secundum se.

1 Positiuas plures leges
Probant Sophi, condunt Reges,
2 Naturæ è principijs.

3 Positiuæ qualitatem,
4 Sectionis veritatem,
Isidorus tradidit.

Quæst. 96. De potestate legis humanæ.

1 Bonum respicit commune,
2 Tamen remanet impunè,
Quod non potest plectere.

3 Actus virtutum dirigit
In foro 4. mentis adigit,
5 Omnes ſibi ſubijcit.

6 Legis verba tu ſectare,
Nefas ea non ſeruare,
Arctet ni neceſſitas.

Quæſt. 97. De mutatione legum.

1 At humana lex mutatur,
2 Neque ſemper variatur,
Occurrat ſi melius.

3 Firmat mos vt legislator;
Solus hic, 4. eſt diſpenſator
Sed cum poſcit ratio.

Quæſt. 98. De lege veteri.

1 Bona lex, quæ data Sina,
Cum ſit verè 2. lex diuina,
3 Miniſtrata ab Angelis.

4 Soli genti Iudæorum,
5 Et non gentibus locorum
Lex talis impoſita.

6 Vt daretur ægris cura,.
Obfuſcata iam natura,
Datur Moſis tempore.

Quæſt. 99. De præceptis veteris legis.

1 Vetus lex præcepta plura
2 Moris; 3. cultus; punitura
Continens, 4. iudicia.

5 In his autem claudebantur,
Quæuis iuſſa ponebantur,
Pœnæ, vel munuſcula.

Quæſt. 100. De ſingulis generibus præceptorum veteris legis, et primo de præceptis moralibus.

1 Eſt lex moris lex naturæ,
Diſcurrentis creaturæ,
2 Omnes actus dirigens.

3 Dena ſunt præcepta legis:
4 Tria cultus ſummi Regis,
Septem me reſpiciunt.

5 Re-

Digitized by Google

5 Rectè satis numerantur,
6 Aptè quoque ea ordinantur:
7 Traduntur appositè.

8 Ambæ tabulæ mandata,
Sunt formaliter firmata,
Dispensari nequeant.

9 Vt firmè quis operetur,
Modus iste non iubetur:
10 Tunc, cum poscit charitas.

11 Præter dena moralia,
Recensentur & alia
12 Non iustificantia.

Quæst. 101. *De præceptis cæremonialibus.*

1 Cęremonia diuinum
Cernit cultum: 2. nouum vinum
Præfigurans gratiæ.

3 Multitudo præceptorum
Decens erat: subditorum
Hæc fuit conditio.

Ea erant, 4. ſacramenta,
Sacra obſcura velamenta,
Victima, obſeruantia.

Quæſt. 102. *De cauſis cæremonialium præceptorum.*

1 Habent cauſam hæc præcepta,
Cęremoniæ; 2. quæ tecta
Condebantur littera.

3 Datur cauſa victimarum:
4 Rerum pariter ſacrarum,
Pro ſtatu eius populi.

5 Inſtituta ſacramenta,
6 Obſeruantiæ, elementa;
Sed non eminentia.

Quæſt. 103. *De duratione cæremonialium præceptorum.*

1 Ante legem (non iubente
Homine, vel Dei mente)
Quædam cęremoniæ.

2 Hæc non poterant mundare

Præ-

Præcepta; aut ſanctificare.
3 Ceſſarunt. 4. Mortifera.

Quæſt. 104. *De præceptis iudicialibus.*

1 Quæ iudicialia,
2 Vel quæ figuralia,
Satis & hic panditur.

3 Lex præceſſit in figura;
Lex pœnalis, lex obſcura,
Ceſſit Euangelio.

4 Eſt in quatuor diuiſa,
Vt in partes, & conciſa
Certo velut ordine.

Quæſt. 105. *De ratione iudicialium præceptorum.*

1 Duces formans, 2. & conciues
3 Alienos; (eſſet quies)
4 Perſonas domeſticas.

Quæſt. 106. *De lege Euangelica, quæ dicitur lex noua, & primo de ipſa ſecundum ſe.*

1 Principaliter fundatur
Noua lex, quæ nobis datur,
In diuina gratia.

2 Eius vim iuſtificare
Dicas. 3. Illam Deus dare
Noluit initio.

4 Non mutatur, variatur:
Nec alia expectatur:
Durat quandiu ſeculum.

Quæſt. 107. *De comparatione legis nouæ ad veterem.*

1 Vetus lex tonabat minis:
Donis fulget nunc diuinis
Noua; vnde eſt alia.

2 Illa ab iſta adimpletur,
3 Hæc in illa continetur,
Vt arbor in ſemine.

4 Lex amoris non eſt grauis,
Imò dulcis, & ſuauis,
Et impinguans ſpiritum.

Quæst. 108. *De his, quæ continentur in lege noua.*

1 Noua lex externa mandat
2 Congruenter; si non pandat
Quis motus; 3. hos ordinat.

4 Sed & consulit perfectis,
Qui non contenti præceptis,
Se ligant consilijs.

Quæst. 109. *De exteriori principio humanorum actuum, scilicet gratia Dei.*

1 Quædam vera penetrare
Potest lapsus. 2. Nec optare
Bona cuncta sufficit.

3 Neque Deum adamare
Super omne; 4. nec seruare
Leges absque auxilio.

5 Nec mereri, 6. nec parare,
Se ex se, aut excitare
Sine Christi auspicijs.

7 Se nec valet reparare:
8 Et non poteſt euitare
Omnia peccamina.

9 Sed ſit ſanus, ne vincatur,
10 Vel ad polum perducatur,
Gratia dat dexteram.

Quæſt. 110. *De gratia Dei quantum ad eius eſſentiam.*

1 Charis ſuperat naturam,
Gratam facit creaturam.
2 Eſt animæ qualitas.

3 Porro differt à virtute,
Et cum Thoma dices tutè,
4 Quòd ſit in eſſentia.

Quæſt. 111. *De diuiſione gratiæ.*

1 Gratum facit, gratis datur:
2 Eſt coagens, operatur:
3 Præuenit, ac ſequitur.

4 Multiformis gratis data,
Recenſetur à beata

Lin-

Lingua,& manu Apoſtoli.

5 Gratos reddens præſtat illa,
Qua non caruit Sibylla,
Cum nos Deo copulet.

Quæſt. 112. *De cauſa gratiæ.*

1 Solus Deus eius cauſa,
2 Qui me præuenit; hæc clauſa.
Cum eo me præparo.

3 Non eſt hoc neceſſitatis,
Opus iſtud charitatis,
Licet infallibile.

4 Nectar iſtud inæquale:
5 Hoc aſſerere eſt lethale,
Sciri noſtro lumine.

Quæſt. 113. *De effectibus gratiæ, & primo de iuſtificatione.*

1 Iuſtus fit cum condonatur
Culpa, 2. quæ non relaxatur,
Ni infundatur gratia.

3 Motu meæ libertatis,

4 Fide; 5. corde deteſtatis
Culpis, tunc iuſtificor.

6 Finis eſt contritionis,
Donum hoc remiſſionis:
7 Nec arctatur tempori.

8 Charis prior; ſed ſecunda
Fides; mox mens gemebunda;
Vltimo remiſſio.

9 Homo cum iuſtificatur,
Opus grande prædicatur:
10 At non eſt miraculum.

Quæſt. 114. De merito, quod eſt effectus gratiæ.

1 Sed mercedem ordinauit
Deus illi, qui ſeruauit
Legem, vnde meruit.

2 Facit gratia merentem,
3 De condigno, diligentem,
Gloriæ participem.

4 Primo id dabis charitati,
A qua

A qua actus imperati
Sunt virtutum omnium.

5 Noſtris meritis humanis,
(Reſiſtas Pelagianis)
Non debetur gratia.

6 Nullo modo de condigno
Obtinebis à benigno
Pro quocunque gratiam.

7 Non mereris renouari,
8 Sed ſi gratus, præmiari
Charitatis cumulo.

9 Solum Dei eſt charitatis
Munus, ſit ſtabilitatis
In finem currentium.

10 Bona mundi, laus virtutis
Sunt triumphi iam ſalutis,
Ad Deum ſi referas.

SECVNDA SECVNDAE.

QVAESTIO PRIMA.

De virtutibus Theologicis, & primo de Fide quoad eius obiectum.

1 Dicas Dei maiestatem,
Prout primã veritatẽ
Nostræ obiectũ Fidei

2 Quoad nos est quid complexum,
At in se quid incomplexum,
3 Nulla in fide falsitas.

4 Non sunt visa, 5. vel monstrata,
Benè tamen reuelata
Fidei mysteria.

6 Per articulos secantur.
7 In dies reuelabantur.
8 Numerantur congrue.

9 Et decenter collocata
In symbolo; explanata
10 Decretis Pontificum.

Quæſt.2. De actu fidei.

1 Cum aſſenſu cogitare
(Si excludas dubitare)
Diffinitur credere.

2 Eius actus diſtinguuntur,
Deo, Deum (hi dicuntur)
Et in Deum credere.

3 Si non credis, non videbis;
Nec ſalutem obtinebis.
4 Credit Deum ruſticus.

5 Debet credi dominator,
QVIA eſt, & MVNERATOR;
Fidei hæc principia.

6 Sed explicitè maiores,
Vt implicitè minores,
Arctabantur credere,

7 Patres Verbum incarnandum,
Ad hominem liberandum,
Vrgebantur credere.

8 Sic arcanum Trinitatis,

Mo-

Modo huius veritatis.
Strictior notitia.

9 In credendo tu mereris:
10 Non mereris, si intueris,
Argumenta postulans.

Quæst. 3. De fidei actu externo.

1 Opus fidei, virtutis
Confessio, 2. est salutis
Iter necessarium.

Quæst. 4. De ipsa fide virtute.

1 Recte à Paulo describatur,
2 Hæc in mente subiectatur.
3 Eius forma est charitas.

4 Sed informis informatur:
Vt formata deformatur.
5 Virtus, 6. vna, 7. prima que.

8 Certior quò tu non vides,
Animosa id præstat fides,
Dei innixa lumini.

Digitized by Google

Quæst. 5. De habentibus fidem ipsam.

1 Adam, Angelus virtute
Hac ornati; 2. sed versutè
Victi credunt dęmones.

3 Vni articulo discredens,
Videatur quamuis credens
Fide destituitur.

4 Non est maior ex obiecto,
Benè tamen ex subiecto,
Fides hæc Catholica.

Quæst. 6. De fide quantum ad eius causam.

1 Deus fidei donator,
2 Etsi informis; dispensator
Eius est mirificus.

Quæst. 7. De fidei effectibus.

1 Facit animam timentem,
Mitem reddit, & trementem:
2 Corda purificat.

Quæst.

Quæst. 8. De correſpondentibus virtuti fidei, & primo de dono intellectus.

1 Magnum donum intellectus,
2 Eſt cum fide hic aſpectus.
3 Eſt etiam practicum.

4 Ineſt ſanctis intellectus
Donum; 5. ſolis, quibus rectus
Præſcribitur terminus.

6 A cęteris diſtinguatur.
7 Beatitas aſſignatur
Mundo corde inſpicere.

8 Eius fructus, intellectus
Correſpondet dono; tectus
Certa cum notitia.

Quæſt. 9. De dono ſcientiæ.

1 Scientia eſt inter dona.
2 Nec dijudicat, per bona
Suprema, atque infima.

3 Cum praxi, ista coniungitur:
4 Beatitas tribuitur
Luctus consolatio.

Quæst. 10. *De vitijs oppositis fidei. De infidelitate in communi.*

Infidelitas peccatum.
1 Hunc mens suscipit reatum.
2 Culpas moris superat.
3
4 Non quælibet culpabilis,
Vel pariter damnabilis,
Infidelis actio.

5 Plures species traduntur
Huius culpæ: quæ dicuntur
Gentis, Iudęi, Hæresis.

6 Perfidia Iudęorum,
Peior culpa Paganorum;
At hęresis pessima.

7 Non cum illis disputandum,

Sed

Digitized by Google

Sed cum opus. 8. Caſtigandum
Eſt Hæreſis genium.

9 Cum Hęreticis non ores:
Non loquaris, non adores,
Nec des præſidentiam.

10 Ritus gentis tollerandi.
11 Infantes haud baptizandi
Ni lubet parentibus.

Quæſt. 11. *De Hæreſi.*

1 Infidelitas peruerſa
Hęreſis eſt; 2. hæc aduerſa
Rebus, quæ ſunt fidei.

3 Hæretici haud ſuſtinendi,
Relapſi ſunt occidendi,
4 Deponendi à gradibus.

Quæſt. 12. *De apoſtaſia.*

1 Tota à fide qui diſcredit,
Infidelis, nam recedit,
Apoſtata dicitur.

2 Quiuis Princeps, Imperator

Veræ

Veræ fidei eierator,
Amittit dominium.

Quæſt. 13. De *blaſphemia in communi.*

1 Qui blaſphemat confitenti
Aduerſatur. prohibenti
Deo infert dedecus.

2 Crimen, 3. graue blaſphemantis,
Summum Regem peſſundantis:
4 Damnatorum peſſimum.

Quæſt. 14. De *blaſphemia in Spiritum ſanctum.*

1 Culpa medelas infringit
Quæ in Spiritum impingit;
2 Id fit per ſex ſpecies.

3 Non hoc ſeculo aut futuro
Condonatur culpa hæc; duro
Pœna ſatis congrua.

4 Primo actu ſi contemnas
Pœnitere; aut non intendas
Pec-

Peccabis in ſpiritum.

Queſt. 15. De vitijs oppoſitis ſcientiæ, & intellectui.

1 Cæcitas, 2. & hebetudo
Sunt peccata; 3. aſſuetudo
Cauſat hæc carnalium.

Queſt. 16. De præceptis fidei, ſcientiæ, & intellectus.

1 Datæ leges ſunt credendi
Priſca lege; 2. intelligendi;
Ac ſciendi pariter.

Quæſt. 17. De ſpe.

1 Eſt ſpes virtus, 2. non inferna
Bona obiectum; at vita æterna.
3 Spera tibi, & alteri.

4 Non in homine ſperabis,
Si quid, confert, id optabis,
Si facit pro gloria.

5 Virtus eſt Theologalis.

6 Est distincta, & specialis:
7 Sed fides spem generat.

8 Spes est prior charitate.
Item fides: dignitate
Charitas perfectior.

Quæst. 18. De subiecto spei.

1 Locatur in voluntate.
2 Non est in beatitate:
3 Nec in portis inferi.

4 Spes est certa si nitatur
Opi Dei; per quem datur
Et merces,& præmium.

Quæst. 19. De dono timoris.

1 Rex est gentium timendus.
2 Timor porrò diuidendus
In quatuor species.

3 Mundanus vituperatur:
4 Sed seruilis commendatur.
A casto distinguitur.
5
6 Deus autem dans amorem,

Tunc

Tunc expellit hunc timorem,
7 Sapientiæ initium.

8 At timor initialis,
Necnon timor filialis,
Sunt idem ſubſtantia.

9 Timor Flaminis eſt donum.
10 Non minuitur hoc bonum
Amando, ſi eſt filij.

11 Caſtus permanet in cœlo.
12 Paupertatis, idem velo
Exornatur ſpiritus.

Quæſt. 20. De vitijs oppoſitis ſpei.

1 Deſperatio eſt peccatum,
At ingentem hunc reatum
2 Fides ſecum patitur.

3 Summa culpa deſperare.
4 Solet carnis germinare,
Acediæ à vitijs.

Quæſt. 21. De præſumptione.

1 Cum fidis tuæ virtuti,

For-

Fortitudini, aut ſaluti,
Certè hæc eſt præſumptio.

2 Culpa eſt 3. ſpei quæ opponitur.
4 Vana à gloria exoritur,
Et eſt eius filia.

Quæſt. 22. De præceptis pertinentibus ad ſpem, & timorem.

1 Et de ſpe præcepta dantur,
Qua virtutes conſeruantur,
2 De timore eſt iuſſio.

Quæſt. 23. De charitate ſecundum ſe.

Charitas 1. amicitia
Deſuper aduentitia:
2. Nec eſt ſanctus Spiritus.

3 Virtus eſt; 4. ſed ſpecialis;
5 Vna, pariter totalis;
Cunctis 6. ſupereminens.

7 Nulla eſt virtus abſoluta,
Si ab hac eſt diſſoluta:
Format, omnes ordinans.

Quæſt. 24. De ſubiecto charitatis.

1 Voluntas ſubijcitur:
2 Infuſione accipitur;
3 Ad menſuram ſpiritus.

4 Augetur cum intenditur:
5 Non per eſſe quod additur:
6 Actu haud creſcit tepido.

7 Infinitè porro augetur.
8 Hic perfecta non habetur.
9 Et tres gradus continet.

10 Non minuitur directè:
11 Perdi poſſe dicas rectè,
12 Vno actu mortifero.

Quæſt. 25. De obiecto charitatis.

1 Amor Dei, eſt amor fratris:
Hoc obiectum charitatis,
Ames Deum, & proximum.

2 Ipſe amor quoque amatur
Charitate. 3. Haud ordinatur
Charitas ad pecudes.

4 Tu

4 Tu teipſum ex charitate,
5 Corpus tuum; 6. haud ſimulatè,
Peccatores dilige.

7 Se non amant peccatores,
Dei leges tranſgreſſores,
Suæ hoſtes animæ.

8 Inimici diligantur,
9 Signa eis exhibeantur
Charitatis propria.

10 Boni Angeli ſunt amandi
11 Charitate. Exufflandi,
Non amandi dæmones.

12 Deus, frater diligenda,
Nos, corpus, hæc commenda
Obiecta memoriæ.

Quæſt. 26. De ordine charitatis.

1 Charitas eſt ordinata:
2 Deus, res eſt ſummè amata,
Magis quàm ſit proximus.

3 Pluſquàm te ama factorem,

Cœli, & terræ conditorem:
Et plus te, quàm proximum.

Tuum corpus plusquàm fratris,
Amor quoque matris, patris,
Præcedat extraneos.

Non amandi meliores,
Quàm nobis coniunctiores:
Intensiuè intellige.

Iunctiores plus amandi:
Genitores peramandi:
Et plus patres matribus.

Non plus vxor, quàm parentes,
Quibus sunt, nati exhibentes
Honorem principij.

Ama plus benefactorem,
Quàm diligas susceptorem,
Tui beneficij.

Porrò in cœlo hic ordo amoris
Remanebit; melioris
Maior est dilectio.

Quæſt. 27. De charitate quantum ad eius actum principalem, qui eſt dilectio.

1 Magis amat, quàm amatur
Amicitia; 2. hæc ſecatur
A beneuolentia.

3 Propter ſe eſt amabilis
Deus (qui ex ſe noſcibilis)
4 Ames abſque medio.

5 Sed totus, non totaliter
Adamatur: 6. modaliter
Sine modo amabilis.

7 Sed ſi diligas amicum,
Potius quàm inimicum,
Magis meritorium.

8 Cum amatur noſter Deus,
Potius quàm frater meus,
Certè magis mereor.

Quæſt. 28. De interioribus effectibus charitatis, & primo de gaudio.

1 Eſt effectus charitatis

Lætitia; & bonitatis:
2 Expers est tristitiæ.

3 Hæc in patria adimpletur,
Tunc beatus cum fruetur.
4 Inter fructus numera.

Quæst.29. De pace.

1 Sed pax non est concordia,
(Cuius hostis discordia)
2 Cuncta pacem appetunt.

3 Pax est opus charitatis,
Inest telo hoc vulneratis.
4 Actus est, non habitus.

Quæst.30. De misericordia, quæ est interior charitatis effectus.

1 Super malum miseramur;
2 Ex defectu contristamur,
Miserandi hæc ratio.

3 Virtus est hæc miserari,
Et miseria anxiari:
4 Non tamen est maxima.

Quæst.

Digitized

Quæſt. 31. *De effectibus exterioribus charitatis, et primo de beneficentia.*

1 Virtus beneficentia,
Et debita decentia
2 Omnes, iſta reſpicit.

3 Coniunctis ſubueniendum,
Quorum magis miſerendum,
Si cętera paria.

4 Non eſt virtus ſpecialis,
Nam eſt eadem formalis
Charitatis ratio.

Quæſt. 32. *De eleemoſyna.*

1 Actum dabis charitati
Ferre opem neceſsitati,
Per eleemoſynam.

2 Septem ſunt ſpiritalia:
Septem ſunt corporalia:
Virtutis hęc opera.

3 Prima præſtant: 4. ſed ſecunda
Spiritalem (ſic fœcunda)

Effectum efficiunt.

5 Ex præcepto quis ligatur,
Proximo ſubueniatur
Extrema in miſeria.

6 Non neceſſaria abdicando,
Superflua miniſtrando,
7 De acquiſitis licitè.

8 Potèſtati ſi ſubiectus
Alterius, quamuis rectus
Vetaris id facere.

9 Danda potius propinquo,
10 Si id non facio delinquo:
Danda prout potero.

Quæſt. 33. De correctione fraterna.

1 Eſt correctio fraterna,
Quando culpa eſt externa
Charitatis actio.

2 Iſta cadit ſub mandato,
3 Facienda eſt à Prælato,
Et quocunque ſubdito.

4 Sunt

Digitized by Google

4 Sunt Prælati corrigendi,
Et modeſtè arguendi,
Nam Paſtores ouium.

5 Si peccatis ſis ſubiectus,
Tuus ſermo erit ineptus,
Si fiat cum ſcandalo.

6 Redargutus ſi induratur,
Illo tunc non corrigatur;
Captanda oportunitas.

7 Admonitio ſecreta,
Vt correctio diſcreta,
Præcedit & publicam.

8 Teſtes prius ſunt vocandi,
Quàm rei denunciandi:
Norma hac Euangelica.

Quæſt. 34. De vitiis oppoſitis charitati, & primo de odio.

1 Bonitatem non nouerunt
Dei: peruerſi, hanc oderunt,
Non in ſe, at ſupplicijs.

2 Est omnium pessimum,
Atque scelestissimum,
Ens odisse altissimum.

4 Fratrem suum si quis odit,
Grauis culpa eum corrodit.
5 Capitale haud vitium.

6 Liuor ex inuidentia,
Et hæc, ab excellentia
Sui, habet initium.

Quæst. 35. De Acedia.

1 Est acedia peccamen,
Speciale; 2. & hoc grauamen
3 Mortale est ex genere.

4 Extat quoque capitale,
Ducit tandem ad lethale
Mortis præcipitium.

Quæst. 36. De inuidia.

1 Semper inuidus tristatur
Bono proximi; 2. hoc peccatur,
3 Grauiter ex genere.

4 Est & caput aliorum,
Multorumque peccatorum,
Vt tradit Gregorius.

Quæst. 37. De discordia.

1 Est discordia lethalis,
Per se satis criminalis,
2 Nata inanis gloriæ.

Quæst. 38. De contentione.

1 Est contentio peccatum
Per se graue; 2. quod est natum
Inani gloriola.

Quæst. 39. De schismate.

Christi corpus qui conscindit,
1 Schisma facit, se præscindit,
Grauis culpæ specie.

2 Minor hęresis peccato
Culpa hęc, considerato
In genere proprio.

3 Hi qui scindunt vnitatem,

Digitized by Google

Non amittunt potestatem,
Vsum tamen ordinis.

4 Meritò excommunicantur
Hi qui à nobis separantur,
Et capite Ecclesiæ.

Quæst.40. De bello.

1 Non est malum præliari
Bello iusto. 2. Non armari
Decet sacros clericos.

3 Licet quoque insidiari
Iusto in bello. 4. Et præliari
In festo est licitum.

Quæst.41. De rixa.

1 Est peccatum rixa patens,
2 Eius est & ira parens,
Illam ista prouocat.

Quæst.42. De seditione.

1 Peccat & seditiosus,
Aliàs tumultuosus,
2 Grauiter, lethaliter.

Quæst.

Digitized by Google

Quæſt. 43. De ſcandalo.

1 Eſt occaſio ruinæ
Scandalum; quod & diuinæ
Charitati opponitur.

2 Eſt peccatum ſi eſt actiuum,
Sæpe nullum ſi paſſiuum,
3 Suam habet ſpeciem.

4 Eſt mortale, aut veniale,
Iuxta caſus; hoc aut tale
Noſce fine, aut ſpecie.

5 Non paſſiuum in perfectos
Cadit, aut in viros rectos,
Non eſt iſtis ſcandalum.

6 Actiuum ex infirmitate,
Sed manente charitate,
Hos inuadit leuiter.

7 Pro ſalute obtinenda,
Non ſunt bona dimittenda;
Ob quodcumque ſcandalum.

8 Temporalia linquenda,

Sepe

Sæpe noſtra; ſed tuenda
Semper bona eccleſiæ.

Quæſt. 44. De præceptis charitatis.

1 Diuinitus ordinata
Charitatis ſunt mandata:
2 Sunt hęc duo numero.

In his tota lex ſcripturæ
Continetur, & naturę;
3 Sic ſatis ſufficiunt.

4 Toto corde. 5. tota mente
Deum diligas intentè,
Et ex totis viribus.

6 Hoc implebis imperfectè
Hic dum viuis; ſed perfectè
Implebis in patria.

7 Tuum proximum, vt te ipſum
Ordinatè; è cœlo miſſum
8 Obſerues hunc ordinem.

Quæst. 45. De dono ſapientiæ: quod reſpondet charitati.

1 Sancti Spiritus ſophia
Donum eſt; 2. in mente pia
Moratur,& reſidet.

3 Praxim habet, theoriam;
Non habebit hanc ſophiam
4 Anima maleuola.

5 Quiuis iuſtus,qui prænoſcit
Quid ſit opus. 6. hæc repoſcit
Præmia pacifici.

Quæſt. 46. De ſtultitia, quæ opponitur ſapientiæ.

Aduerſatur, ſapienti
1 Stultus. 2. peccat. 3. ſultę mẽti
Natam dat luxuria.

Quæſt. 47. De quatuor virtutibus cardinalibus, & primo de prudentia ſecundum ſe.

1 Prudentia eſt noſcitiua,
2 Neque

2 Neque eſt ſpeculatiua:
3 Videt ſingularia.

4 Eſt virtus; 5. peculiaris,
6 Non hac finem habet moralis,
7 Diſponit de medio.

8 Quamuis ipſa conſultiua,
Tamen magis præceptiua,
9 Sollicitè exequitur.

10 Regit ſe, gubernat domum,
Ad commune quoduis bonum
Extenditur regimen.

11 Eſt ſpecificè diſtincta
Prudentia (& ſi vincta)
Monaſtica à Ciuica.

12 Eſt politica in priuato,
Reſidet, & in Prælato.
Eius duæ ſpecies.

13 Peccatores, imprudentes,
14 Illam tamen obtinentes.
Quotquot habent gratiam.

15 Non eſt nobis à natura,

16 Non

Digitized by Google

16 Non amittitur, impura
Cęcat eam passio.

Quæst. 48. De partibus prudentiæ in generali.

1 Partes habet integrales,
Nec non & potentiales,
Subiectiuas pariter.

Quæst. 49. De singulis partibus prudentiæ quasi integralibus.

Partes hę. 1. memoratiuus,
Si intellectu 2. noscitiuus
3 Si pariter docilis.

4 Solers, 5. discurrens, 6. prouidus,
7 Circumspectus, & obuius
8 Cautè ijs, quę se offerunt.

Quæst. 50. De partibus subiectiuis prudentiæ.

1 Regnatiuam, 2. Politicam,
3 Ei quoque œconomicam,
4 Militarem subijce.

Quæst.

Digitized by Google

Quæst. 51. De virtutibus annexis prudentiæ.

Est & virtus 1. Eubulia
Bona consiliatiua,
2 Iuncta est prudentiæ.
3 Synesis iudicatiua
Virtus est. at inspectiua
4 Gnomi supremi ordinis.

Quæst. 52. De dono consilij.

1 Sed consilium est donum
Sancti Spiritus. 2. hoc bonum
Respondet prudentiæ.

3 Semota inquisitione;
Remanente notione,
Permanet in patria.

4 Beatitas correspondens,
Tanquam bonitas spo[illegible]ndens,
huic Est misericordia.

Quæst. 53. De vitijs oppositis prudẽtiæ.

1 Imprudentia peccatur,

Et

2 Et in ſpecie aduerſatur
Prudentiæ partibus.

3 Sub hac præcipitatio,
4 Atque inconſideratio,
Sunt, 5. & inconſtantia.

6 Iſta vitia oriuntur
A Venere, qua tolluntur
Prudentiæ munera.

Quæſt. 54. De negligentia.

Specie, 1. negligentia
Culpa 2. contra eſt prudentia.
3 Quandoque mortifera.

Quæſt. 55. De vitijs, quæ habent ſimilitudinem cum prudentia.

1 Peccat carnis prudentia:
2 Crimen eſt, ſi effluentia
Bona, vt Deum diligat.

3 Si aſtutè ſimulamus
Veras vias, tunc peccamus:
4 Has dolus exequitur.

Dolus verbis, & fraus factis
Meditatis, & peractis,
Fiunt, vt decipiant.

6 Temporalia quærenda,
Cura anxia tollenda:
Ne sis sic solicitus.

Cura excedens ableganda
7 Futuri, & eliminanda:
8 Nata est auaritiæ.

Quæst. 56. De præceptis pertinentibus ad prudentiam.

1 Non in tabulis mandata:
2 De oppositis, consignata
Priscæ legis paginis.

Quæst. 57. De iure.

1 Ius iustitiæ est obiectum,
2 Naturale, satis rectum,
Ponit, & lex hominis.

3 Assignatur ius gentium,
In communi viuentium,

Na-

Naturali eſt additum.

4 Ius patris, imperatiuum,
Seu dicas dominatiuum,
Iuris iſtæ ſpecies.

Quæſt. 58. De iuſtitia.

1 Iuſtitia finiatur,
Quòd conſtans, tribuatur
Ius ſuum vnicuique.

2 Et ad alterum operatur.
3 Virtus. 4. Noſtra ſubiectatur
In parte appetibili.

5 Si commune, eſt generalis,
Si proprium, ſpecialis,
Bonum reſpiciat.

6 Imperio vniuerſalis:
Ex obiecto ſpecialis:
A cunctis ſecernitur.

7 Datur & particularis;
8 Materia eſt ſpecialis,
Res inquam exterior.

9 Non

9 Non dirigit passiones,
Sed respicit actiones.
10 Harum in re est medium.

11 Vnicuique suum reddit.
Cùm in orbe sic procedit,
12 Micat præ moralibus.

Quæst. 59. De iniustitia.

1 Specialiter peccatur,
Si ius rectum inuadatur,
Tunc est iniustitia.

2 Si iniustum operaris
Ex intento, tunc vocaris
Iniustus formaliter.

3 Si tu volens patiaris
Per se; nunquam conqueraris,
Quòd iniustum pateris.

4 Ex genere est lethale,
Iniustitia, & mortale;
Non si pomum auferas.

Quæst.60. De iudicio.

1 Iuſtitiæ eſt iudicare:
2 Actus bonus eſt damnare,
Si fit ex officio.

3 At proximum iudicare,
Lethale ex ſe, ne ſuſpicare,
(Si poſt tu diffinias:)

Sic de malo dubitare
Noſtri fratris; 4. explicare
Fas dubia in melius.

5 Prout ſcriptum iudicabis.
6 Non iudicium vſurpabis,
Eſſet nam peruerſitas.

Quæſt.61. De partibus iuſtitiæ.

1 Hic vide diſtributiuam,
Ibi & commutatiuam:
Duæ ſunt hæ ſpecies.

2 Verum ibi Geometricè,
Hic verò & Arithmeticè
Accipitur medium.

3 Pri-

3 Prima distributionis,
At hæc commutationis
Continet materiam.

4 Non est semper contrapassum
Iustum quoduis, ne incassum
Tendat & iustitia.

Quæst. 62. *De restitutione, quæ est actus iustitiæ commutatiuæ.*

Actu s est commutatiuæ,
Damni recompensatiuæ.
Hanc opus est fieri.

3 Simplum æqualiter est dandum,
Nisi iudex propter damnum,
Damnet quem in duplici.

4 At æqualiter tu reddes,
Si fraudasti; sed quod debes
5 Domino restitue.

6 Tam qui facit, 7. consilians,
Iubens, laudans, participans,
Debent restituere.

8 Res ablata mox reddenda
Si potes; haud differenda
Iſta reſtitutio.

Quæſt. 63. De vitiis oppoſitis iuſtitiæ diſtributiuæ, & primo de acceptione perſonarum.

1 Cum accipitur perſona,
Ob quam diſpenſantur bona,
Læſa eſt diſtributio:

2 Tunc magis, cum ſpiritale
Datur, quàm quod temporale,
Vt ſunt beneficia.

3 Lęditur quis in honore,
Iudicijs, indecorè
Si perſonam reſpicis.

Quæſt. 64. De oppoſitis commutatiuæ, & primo de homicidio.

1 Bruta licitum mactare,
2 Peccatorem trucidare,
3 Publico ex officio.

4 Sed miniſtris nouæ legis,
(Velut ſeruis mitis Regis)
Meritò id prohibitum.

5 Tibi inferre requis mortem,
6 Non innocenti talem ſortem
Dabis, vt intereat.

7 Propulſando moderatè
Inuaſorem, inculpatè
Quis poteſt occidere.

8 Non occiſor, ſi ſagittas
Caſu in hominem immittas,
Si non culpabiliter.

Quæſt. 65. De mutilatione membrorum.

1 Nefas membra mutilare;
2 Licet natos verberare,
Et virga percutere.

3 Iure licet carcerare
Delinquentes, & mulctare.
4 In his non par læſio.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. 66. De furto, & rapina.

1 Naturale eſt poſſidere,
2 Res externas, bona habere,
Et habere vt propria.

3 Furtum bona occulta capit,
4 Differt ſpecie qui rapit:
5 Semper eſt malitia.

6 Hæc malitia eſt mortalis
In re magna, venialis
In parua materia.

7 Furans ex neceſſitate,
Abeſt ab iniquitate.
8 Rapere at illicitum.

9 Furtum leuius rapina:
Hæc lege Dei diuina
Punitur, ſed grauius.

Quæſt. 67. De vitiis oppoſitis commutatiuæ iuſtitiæ.

1 Nequit iudex iudicare
Non ſubiectum: nec damnare

Qui alteri eſt ſubditus.

2 Iuxta illa quæ allegantur
Iudex acta, ſi probantur,
Securè dijudicat.

3 Et ſi deſit accuſator,
Vice eius denunciator,
Ne ferto iudicium.

4 Ille iudex relaxare
Poteſt pœnam, qui formare
Legem iure potuit.

Quæſt. 68. De pertinentibus ad iniuſtam accuſationem.

1 Sed is debet accuſare,
Culpam poteſt qui probare,
Et ſi culpa eſt noxia.

2 Scribenda eſt accuſatio:
3 Cum falſa eſt criminatio,
Tunc iniuſta redditur.

4 Accuſator non probando,

Ta-

4 Talione vindicando,
Patitur quod intulit.

Quæst. 69. De iniustitia accusati.

1 Accusatus denegare
Nequit; debet propalare,
Ritè quod exigitur.

2 Qui fateri non tenetur,
Iustè tacet, non tuetur
Se iustè calumnijs.

3 Qui est oppressus, appellare
Potest. 4. Reus declinare
Non potest supplicium.

Quæst. 70. De iniustitia ex parte testis.

1 Tenetur testificari
Testis, & interrogari
Potest, vera vt proferat.

2 Oris trium, vel duorum
(In quibusdam plurimorum)
Opus testimonio.

3 Teſtes ſunt qui repelluntur,
Seruus, inops; hi dicuntur
Teſtes illegitimi.

4 Qui falſum teſtificatur,
Ni reſtituat damnatur:
Valdè deteſtabilis.

Quæſt. 71. De iniuſtitia ex parte aduocatorum.

1 Cauſas pauperum tueri
Aduocatus, miſereri
Debet in inopia.

2 Aduocati in iure arcentur,
Cœci, infames, qui tenentur
Obſtricti criminibus.

3 Malam cauſam ſi defendit,
Tunc lethaliter offendit.
Debet reſtituere.

4 Aduocans pro veritate
Licitè, ſi moderatè,
Pecuniam accipit.

Quæſt. 72. De iniuſtitia ex iniuriis verborum, & primo de contumelia.

1 Contumelia; decorem
Verbis lædit, & honorem.
2 Mortalis formaliter.

3 Hanc (ſi licèt ſuſtinere
Pro priuata re) arcere
Debes pro Republica.

4 Hæc exoritur ab ira,
Quæ vindictam petens, dira
Profert, & iniurias.

Quæſt. 73. De detractione.

1 Bonæ famæ eſt denigrator
Detractor; 2. per ſe peccator
Delinquens lethaliter.

3 Poſt cædem; furtum excedit:
4 Et qui audit quoque lædit,
Si particeps criminis.

3 Teſtes ſunt qui repelluntur,
Seruus, inops; hi dicuntur
Teſtes illegitimi.

4 Qui falſum teſtificatur,
Ni reſtituat damnatur:
Valdè deteſtabilis.

Quæſt. 71. *De iniuſtitia ex parte aduocatorum.*

1 Cauſas pauperum tueri
Aduocatus, miſereri
Debet in inopia.

2 Aduocati in iure arcentur,
Cœci, infames, qui tenentur
Obſtricti criminibus.

3 Malam cauſam ſi defendit,
Tunc lethaliter offendit.
Debet reſtituere.

4 Aduocans pro veritate
Licitè, ſi moderatè,
Pecuniam accipit.

Quæſt. 72. De iniuſtitia ex iniuriis verborum, & primo de contumelia.

1 Contumelia; decorem
Verbis lædit, & honorem.
2 Mortalis formaliter.

3 Hanc (ſi licèt ſuſtinere
Pro priuata re) arcere
Debes pro Republica.

4 Hæc exoritur ab ira,
Quæ vindictam petens, dira
Profert, & iniurias.

Quæſt. 73. De detractione.

1 Bonæ famæ eſt denigrator
Detractor; 2. per ſe peccator
Delinquens lethaliter.

3 Poſt cædem; furtum excedit:
4 Et qui audit quoque lædit,
Si particeps criminis.

Quæſt. 74. De ſuſurratione.

1 Detractans à ſuſurrone
Secatur. Hic & ſermone
Soluit amicitias.

2 Peior eſt detractione,
Abſque comparatione,
Ipſa ſuſurratio.

Quæſt. 75. De deriſione.

1 Peccat ridens ſubſannando,
Specialiter peccando:
2 Et per ſe lethaliter.

Quæſt. 76. De maledictione.

1 Malum, proximo imprecari
Ex ſe, vt pœnam (Deo cari
Vt fecerunt) licitum.

2 Quoduis irrationale,
Vt opus Dei, eſt lethale,
Si tu maledixeris.
3 Lethalis execratio,

Ex

Ex ſe. 4. Simpla imprecatio,
Minor quàm detractio.

Queſt. 77. De fraude in emptione, & venditione.

1 Non plus iuſto res vendenda.
2 Si defectus in re emenda,
Venditio illicita.

3 Si emenda eſt vitioſa,
Tunc venditio eſt doloſa,
Si celetur vitium.

4 Non nefas negotiari
Ex ſe; ſine honeſtari
Poteſt, 3. iuſto pretio.

Queſt. 78. De vſura.

1 Dira culpa eſt vſura,
Dum quis ſibi profutura
Vltra ſortem exigit.

2 Damnum emergens, lucrum ceſſans
Si reale, eſt honeſtans
Tunc ſortem hanc mutui.

3 Puræ contemplationis
Effectus indubius.

4 Per se mentis lætitiam,
Per accidens mœstitiam
Affert hæc deuotio.

Quæst. 43. De miraculis Christi in genere.

1 Sed miranda perpatrabat:
2 Vi diuina, qua imperabat
Naturæ confinijs.

3 Lympha primo vinum facta,
Post hoc, alia peracta
Signa mirabilia.

4 His diuinitas monstrata
Satis, & præconiata,
Muta est infidelitas.

Quæst. 44. De miraculorum speciebus.

1 Sed dæmones effugabat:
2 Cœli ordines immutabat

Idem

Idem cœli Dominus.

3 Fugam morbis imperabat,
Leges mortis ſuperabat,
Effugans dæmonia.

4 Siccat plantas, mare obedit,
Terram mouet, turba credit,
Ad Chriſtum conuertitur.

Quæſt. 45. *De transfiguratione Chriſti.*

1 In Thabor transfiguratus;
Congruenter immutatus
2 Claritate gloriæ.

3 Adſunt Vates priſcæ legis,
Et ductores noui gregis.
4 Vox Patris intonuit.

Quæſt. 46. *De paſſione Chriſti.*

1 Primus ſcopus incarnati
Verbi fuit, pro me pati.
2 Finis hæc neceſſitas.

3 Sed

3 Sed & aliter ſaluare
Genus noſtrum, ac liberare,
Quàm per mortem potuit.

4 Satis decens modus iſte,
Quem ſignaſti dulcis Chriſte,
Vt ſic me redimeres.

5 Genus omne tormentorum,
At non ſpecies eorum,
Pertulit alacriter.

6 Nullus dolor adæquatur
Huius vitæ, quis fingatur
Chriſti cruciatibus.

7 Ejus anima implebatur
Malis pœnæ. 8. at fruebatur
Portio ſuperior.

9 Tempus, 10. locum, ac latrones
In regulis tu repones
Diuini conſilij.

11 Non vt Deus crucifixus,
Cruci, vt homo eſt confixus
Triumphali titulo.

12 Non

12 Non vt Deus est confixus,
Sed vt homo est crucifixus,
Verbum in carne patitur.

Quæst. 47. *De causa efficienti passionis Christi.*

1 Christus volens est necatus
Ab iniquis, ac mactatus
2 Ex obedientia.

3 Pater tradidit mandando;
Gens crudelis enecando:
Diuersa hic intentio.

4 A Iudæa adiudicatus
Morti, in stipite exaltatus
Fuit à Gentilibus.

5 Affectatè ignorauerunt
Duces; qui cruxifixerunt
Summum Regem gloriæ.

6 Sed profundè deliquerunt,
Quando Christum suspenderunt
Ex genere, & animo.

Quæst.

Digitized by Google

Quæſt. 48. De modo effectus paſſionis Chriſti.

1 Meruit, 2. & ſatisfecit,
3 Obtulit: ſe quoque fecit
Pro me ſacrificium.

4 Nos redemit; 5. Redemptoris
Ius habet; 6. & effectoris
Salutis mortalium.

Quæſt. 49. De effectibus eiuſdem paſſionis.

1 A culpis nos liberauit;
2 Satana, quem ſuperauit;
3 Et culpæ reatibus.

4 Deo reconciliauit,
5 Portas cœli reſerauit,
6 Exaltari meruit.

Quæſt. 50. De morte Chriſti.

1 Decens in Cruce expirare
Chriſtum; culpas & lauare:
Mors pro morte ſoluitur.

2 Non à carne ſeparata,
3 Nec à mente ſequeſtrata
Beata diuinitas.

4 Non homo enunciatur
In morte, & prædicatur
Illo toto triduo.

5 Corpus idem cùm humatum,
6 Mortuum, & animatum
Ob idem ſuppoſitum.

6 Cum fiebat merebatur:
Cum eſt facta operabatur
Mors; vt mortem vinceret.

Quæſt. 51. De ſepultura Chriſti.

1 Decens fuit parentari
2 Modo congruo, ac humari.
3 Corpus expers cineris.

4 Vna die, nocte bina,
Magna Satanæ ruina,
Permanſit ſub lapide.

Quæſt.

Quæst. 52. De descensu Christi ad inferos.

1 Et ad inferos descendit,
2 Vbi Patres, quos prehendit:
3 Totus ibi, & tumulo.

4 Tantò tempore hic moratus,
Quantò tumulo est humatus
5 Inde Patres extrahens.

6 Non damnatos obstinatos,
7 Nec puellos maculatos
Culpa primigenia:

8 At purgatos. Ablactatus
Manum misit: exturbatus
A cauerna est regulus.

Quæst. 53. De resurrectione Christi.

1 Post, de Iuda Leo fortis
Fractis seris diræ mortis,
Surgit, 2. die tertia.

Rugiente voce Patris,

Cum gaudio Diuæ Matris,
3 Surgit primo ex tumulo.

In maxilla mille ſternit,
Inimicos ſuos ſpernit,
4 Et ſe ipſum ſuſcitat.

Quæſt. 54. De qualitate Chriſti reſurgentis.

Botrus Cypri refloreſcit
1 Vero in corpore; 2. ſplendeſcit
Integro, 4. ſtigmatibus.

Quæſt. 55. De manifeſtatione Reſurrectionis.

1 Non populo declaratus,
Teſtibus manifeſtatus
Quos voluit, gloriæ.

Mors cum vita conflixere,
Reſurrexit Chriſtus verè.
2 Nemo vidit ſurgere.

3 Cum diſcipulis verſatus:
4 Specie altera occultatus,

Cum

Cum duobus loquitur.

5 Sed varijs argumentis,
Et ſcripturæ firmamentis,
Probauit ſe viuere.

6 Et tam verbis, quàm quod ſignis
Reſurrectio iſta inſignis
Comprobata cernitur.

Quæſt. 56. De cauſalitate Reſurrectionis.

1 Habet cauſam effectiuam,
2 Ambæ vitæ productiuam
Corporis, & animæ.

Quæſt. 57. De Aſcenſione Chriſti.

1 Congruenter cœlos ſcandit,
Paradiſi portas pandit:
2 Vt homo illas ſubijt.

3 Vi diuina orbes cœlorum,
5 Calcat, choros Angelorum.
6 Saluat hæc aſcenſio.

Quæſt.58. De ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris.

1 Sedet throno maieſtatis,
2 Ratione Deitatis;
3 Et vt homo, hic Filius.

4 Humanam ob conditionem,
Hanc felicem ſeſſionem
Bonis Patris accipit.

Quæſt.59. De iudiciaria poteſtate Chriſti.

1 Soli Chriſto ſic ſedere,
Et in throno ſic manere
Datum non ambigimus.

2 Poteſtas iudicialis
Eſt in Chriſto hæc ſpecialis,
Quia hominis Filius.

3 Multimodè debebatur,
Eam quoque merebatur
Pilati in iudicio.

4 Hac humana cuncta regit

Pote-

Poteſtates qui confregit,
Et abſtulit ſpolia.

5 Hanc mirabitur natura,
Cum reſurget creatura
In die iudicij.

6 Hanc eandem exercebit
Super Angelos, manebit
Poteſtas in ſæcula.

Quæſt. 60. De Sacramentis.

1 Sacrum ſignum Sacramentum
Sacræ rei velamentum:
2 Homines ſanctificans.

3 Cum ſit vnum, plura ſignat
Monſtrat, memorat, præſignat:
4 Et res eſt ſenſibilis.

5 Iſtas res determinauit,
Deus potens, qui ſacrauit.
6 Verba neceſſaria.

7 Verba ſic determinata,
8 Vt non aucta, aut minorata
Proferre ea liceat.

Quæſt.61. De Sacramentorum neceſſitate.

1 Salus noſtra hæc expetebat,
Non cum puritas vigebat,
2 Sed poſt lapſum hominis.

3 Sub naturæ, & Moſis lege,
Diſponente ſummo Rege,
Inſtituta legimus.

4 Hæc ablata, nam maiora
Habemus, & meliora,
Pauciora numero.

Quæſt.62. De effectu principali, qui eſt gratia.

1 Nouæ legis Sacramenta,
Effectiuè vt inſtrumenta
Conferunt hæc gratiam.

2 Super gratiam donorum,
Et virtutum viatorum
Addunt & auxilium.

3 Velut cauſa in Sacramento,

Vel

Vel ſub ſigno, tu memento,
Contineri gratiam.

4 Virtus in his cauſatiua,
5 Cruce Chriſti emundatiua.
6 Non cauſabant vetera.

Quæſt. 63. De effectu alio, qui eſt character.

1 Quædam ſignant Sacramenta,
Eccleſiæ fulcimenta,
Interius animas.

2 Iſtud ſignum, ſpiritalis
Eſt poteſtas; 3. ſpecialis
Chriſto aſſimilatio.

4 Eſt potentia ſubiectum
Huius notæ. & hoc proſpectum,
5 Quod ſit indelebilis.

6 Tria ſunt, quæ ſemel dantur,
Nullo modo iterantur,
Chriſma, Ordo, Ablutio.

Quæſt.64. De cauſa Sacramentorum.

1 Deus agens principale,
Homo miniſteriale
Effectus gratuiti.

2 Vnde Chriſtus elementa
Euexit ad Sacramenta,
Quæ ſolus inſtituit.

3 Atque vt homo operatur
Poteſtate; quæ vocatur
Superexcellentia.

4 Dari poterat miniſtris,
Sed non data. à Magiſtris
Id traditur formiter.

5 Hæc per prauos diſpenſantur
Sacra; quæ non maculantur.
6 Hi peccant lethaliter.

7 At non poſſunt miniſtrare
Boni Angeli, aut ſacrare,
Ex lege ordinaria.

8 Si minister non intendat,
Quamuis facere prætendat,
Sacramentum haud conficit.

9 Si non credat dispensator,
Velit tamen, est sacrator,
Sit sinistra intentio.

Quæst. 65. De numero Sacramentorum.

1 Hæc sub numero clauduntur
Septenario, 2. ponuntur
Recto ordine adinuicem.

3 Primas tenet Sacramentum
Nostræ vitæ firmamentum
Sacra Eucharistia.

4 Necessaria ad salutem,
Spiritalem iuuentutem,
Omnia; non singulis.

Quæst. 66. De Sacramento Baptismi in se.

1 Aqua simplex elementum,

Fit cum forma Sacramentum,
Sacrata eſt ablutio.

2 In Iordane eſt deſignata,
Sed poſt mortem demandata
A Chriſto diſcipulis.

3 Eſt materia aqua pura,
4 Non roſacea, aut impura,
Quæ diſſoluat ſpeciem.

5 Forma decens, Patris, Nati,
Sancti Spiritus, beati,
Si detur in nomine.

6 Solum Chriſti ſi exprimatur,
Sacrum nomen tunc non datur,
Ritè ſacra ablutio.

7 Baptizatum non immergi
Opus eſt; 8. ſat eſt aſpergi,
Vna ſat immerſio.

9 Sed nec poteſt iterari.
10 Sacros ritus obſeruari
Tu fac, ſatis congruos.

11 Por-

Digitized by Google

11 Porrò tres ablutiones
Sunt: Martyrum paſſiones,
Vnda ſacra, Spiritus;

Vnum tamen ſunt hæc tria.
12 At potius eſt in via
Cruentum martyrium.

Quæſt. 67. De miniſtris Baptiſmi.

1 Sed Leuitæ eſt miniſtrare,
2 Sacerdotis baptizare
Competit officio.

3 Omnes tingunt cum neceſſe,
Qui præeſt, aut ſcit ſubeſſe
Laicus vir 4. mulier

5 Et ſimiliter Paganus,
Quicunque non Chriſtianus.
6 Vnus eſt qui abluit.

7 Sunt renati ſuſceptores,
Qui patrini, 8. hi inſtructores
Quem fonte ſuſcipiunt.

Quæſt.68. De ſuſcipientibus Baptiſmum.

1 Si non re,aut voto tingatur
Quiuis, certè non ſaluatur:
2 Lex hæc neceſſaria.

3 A puero haud differtur;
Suo tempore confertur
Arbitrio vtentibus.

4 Denegatur obſtinato,
5 Nulla verò baptizato
Datur ſatisfactio.

6 Sed nec quoque confitetur
Sacerdoti, nam medetur
Culpæ deteſtatio.

7 Opus tamen vt intendat,
Credat quoque, ſi prætendat
Suſcipere gratiam.

8 Nam non credens baptizatus,
Non mundatur, ſed ſignatus
Characterem accipit.

9 Et

Digitized by Google

9 Et puelli abluuntur:
10 Infidelium haud tinguntur,
Inuitis parentibus.

11 Non natus, non fit renatus:
12 Nec adultus dementatus;
Si nunquam intenderit.

Quæst. 69. De effectibus Baptismi.

1 Culpa tollitur, 2. reatus,
3 Non mors; cum eris beatus,
Cessabit pœnalitas.

4 Isto sacro Christi rore,
Cum charismatum liquore
Impleris virtutibus.

5 In Baptismo corporaris
Christo, mente illuminaris,
Fœcundaris opere.

6 Charis, virtus, & puellis
Infunduntur, & tenellis,
Prius iræ filijs.

7 Cœli

Digitized by Google

7 Cœli porta reſeratur:
8 Per ſe in cunctis adæquatur
Effectus Baptiſmatis.

9 Non mundatur, ſi quis fingat,
Et miniſter, quamuis tingat,
Abluens exterius.

10 Recedente fictione
Ipſa, cum remiſſione,
Producitur gratia.

Quæſt. 70. De circunciſione, quæ præceſſit Baptiſmum.

1 Typus erat, præparabat,
Ad Baptiſmum adaptabat
Patrum circunciſio.

2 Deus, Patri populorum
Dedit Abræ ſaluandorum:
3 Ritus ſat conueniens.

4 Non inciſio cauſabat
Dei gratiam, haud mundabat,
Verum virtus fidei.

Digitized by Google

Quæſt. 71. De præparatoriis, quæ ſimul concurrunt cum Baptiſmo.

1 Sed præcedit catechiſmus.
2 Subſequitur exorciſmus,
Cum Baptiſmus ſumitur.

3 Effectiuè propulſantur
Dæmones, 4. atque effugantur
Sacerdotis munere.

Quæſt. 72. De Sacramento Confirmationis.

1 Sacrum chriſma eſt Sacramentum.
2 Materia, aut elementum,
Oleum cum balſamo.

3 A Hierarcha conſecratur
Neceſſariò. 4. informatur
Forma quæ præſcribitur.

5 Character hîc per liquorem
Imprimitur; 6. ſacrum rorem
Si prius acceperis.

7 Cum-

7 Cumque vnctio effunditur,
(Si est pura) perfunditur,
Nostra anima, gratia.

8 Debent omnes consignari.
Ad militiam armari,
9 In fronte crux figitur.

10 Sunt in isto susceptores
Velut fontis, & sponsores
Sacro ministerio.

11 Hierarcha est ordinarius,
Sacerdos commissarius
Minister, in Chrismate.

12 Huius ritus congruentes
Sunt perfecti, profluentes
Sacro à Christi spiritu.

Quæst. 73. De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento secundum se.

1 Verum credo Sacramentum
Spiritale nutrimentum,
Sacram Eucharistiam.

2 Vnum

2 Vnum dico Sacramentum,
Perinde, vt est alimentum
Constans sicco, fluido.

3 Si non sumas re, vel voto,
Iam priuaberis ex toto,
Cœlesti conuiuio.

4 Diuersimodè appellatur.
5 In qua nocte tradebatur,
Eius institutio.

A Vatibus prophetatur.
6 In figuris præsignatur
Agno, manna, panibus.

Quæst. 74. De materia Eucharistiæ quantum ad speciem.

1 Panis, vinum deputata,
2 In mensura interminata
Pro eius materia.

3 Hic panis triticeus,
Et non ordeaceus,
Est perneccssarius.

4 Pa-

4 Panis quinò azymorum,
Non noſtrorum, ſed Græcorum
Sacratur myſterijs.

5 Vinum verò eſt vinum vitis,
Quo ſedatur noſtra ſitis:
6 Aquam ei immiſceas.

7 Ex præcepto apponatur,
Magnum illa figuratur.
8 Paruas ſtillas ponito.

Quæſt. 75. De conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti.

1 Corpus Chriſti hic eſt reale,
Non, vt finxit, figurale,
Falsò Berengarius.

2 Dogma datur Chriſtianis,
Quod in carnem tranſit panis,
Et vinum in ſanguinem.

3 Nihil hic annihilatur;
4 Solùm panis tranſmutatur,
In corpus dominicum.

5 Et

5 Et quæ prius ſubiectata
Pane, & vino; ſeparata
Manent accidentia.

6 Panis quoque nulla reſtat
Forma. Vt fiat, Deus præſtat,
7 Subita conuerſio.

8 Fit de pane caro Chriſti,
Veri modi ſunt & iſti,
Ac loquendi formulæ.

Quæſt. 76. De modo, quo Chriſtus exiſtit in hoc Sacramento.

Caro cibus, ſanguis potus.
1 Manet Chriſtus tamen totus,
2 Sub vtraque ſpecie.

3 Scias tamen, & memento,
Tantum eſſe ſub fragmento,
Quantum toto tegitur.

4 Extat moles, & ſtatura,
Cum requirat hoc natura,
Non hic imminuitur.

5 Corpus Chriſti hic non locatur,

6 Non mouetur, alteratur.
Per ſe eſt immobile.

7 Nullus valet tantæ molis
Intueri hîc iubar Solis
Naturalis oculus.

8 Cum caro, aut puer monſtrantur,
Si non ſpecies mutantur,
Corpus Chriſti permanet.

Quæſt. 77. De accidentibus remanentibus in hoc Sacramento.

1 Accidentia permanent,
Et ſigna ſunt quæ continent,
2 Hæc ſubſtentat quantitas.

3 Iſta poſſunt immutare
Senſus; & inebriare;
4 Et corrumpi poterunt.

5 Et ab iſtis ſpeciebus,
Signis tantum, & non rebus,
Gigni poſſunt cineres.

6 Poſſunt eadem nutrire
Vi ſubſtantiæ, & hoc mirè,
Sic

Digitized by Google

Sic decet myſterium.

7 Fracta ſpecie indiuiſus,
Non confractus, nec conciſus,
Chriſtus tamen ſumitur.

8 Sacro vino ſi miſcetur
Liquor magnus, diſſoluetur
Illa vini ſpecies.

Quæſt. 78. De forma Sacramenti Euchariſtiæ.

1 Verbis Chriſti conſecramus,
In altari cum immolamus,
Hoc eſt enim, & cętera.

2 Hoc eſt corpus decens forma.
3 Hic eſt ſanguis vera norma.
Sic ritè conficitur.

4 Sub his verbis vis factiua;
Non minor, quàm creatiua,
Per quam mundus conditus.

Iſta verba cum dicuntur,
Ore Chriſti proferuntur.
5 Sunt vera, efficacia.

6 For-

6 Forma prima ſi prolata,
Secunda haud expectata,
Corpus Chriſti conficit.

Quæſt. 79. De effectibus Sacramenti Euchariſtiæ.

1 Per hoc gratia cauſatur,
2 Et ad gloriam adaptatur
Viatoris anima.

3 Ex ſe opus remiſſionis.
Sed indignę ſumptionis,
Eſt dignum ſupplicium.

4 Delet quoque veniale,
Sicut cauet & mortale,
Cum dignè ſuſcipitur.

5 Totam pœnam non condonat,
Multam gratiam ſi ponat,
Præſeruat à maculis.

7 Prodeſt alijs oblata
Euchariſtia illibata,
Prout ſacrificium.

8 Im-

Digitized by Google

8 Impeditur ſpiritalis
Guſtus; panis ſi vitalis
Leui culpa ſumitur.

Quæſt. 80. De vſu huius Sacramenti in communi.

1 Sumitur ſpiritaliter,
Necnon ſacramentaliter
Iſte panis cœlicus.

2 Non eſt cibus Angelorum
Sub hac forma. Eſt viatorum,
Non mittendus canibus.

3 Sumunt boni, ſumunt mali,
Sorte tamen inæquali,
Vitæ, vel interitus.

Mors eſt malis, vita bonis,
Et ex auſu ſumptionis
4 Peccat malus; 5. grauiter.

6 Manifeſta culpa notos,
Velut canes huc admotos,
Ex hac menſa abijcias.

Digitized by Google

7 Si pollutus, maculatus,
Tu non ſumas; 8. vel cibatus,
Pariter abſtineas.

9 Hic non dabitur amenti,
Neque pariter furenti
Adeſt cum periculum.

10 Eum ſumere frequenter
Potes, dummodo feruenter
Impellat deuotio.

11 Ipſum ſumere, mandatum
Chriſti, ab Eccleſia intimatum
Congruenti tempore.

12 Cum vtraque Chriſtus totus
Sit in ſpecie, ob id potus
Denegatur laicis.

Quæſt. 81. *De modo, quo Chriſtus vſus eſt hoc Sacramento.*

1 Chriſtus ſedens & in cœna,
Cinctus turba duodena,
Hoc cibat ſe, Apoſtolos.

2 Non

Digitized by Google

2 Non eſt Iudæ denegatum:
Corpus cœna eſt immolatum
3 Idem ac paſſibile.

4 Tunc in pixide ſeruato
Moreretur ſeparato
Iam corpore ab anima.

Quæſt. 82. De miniſtro huius Sacramenti.

1 Quod in cœna Chriſtus geſſit,
Faciendum hoc expreſſit
Noſtris Sacerdotibus.

2 Plures vnam conſecrare
Poſſunt formam. 3. diſpenſare,
Iure, hoc ipſum competit.

4 Docti ſacris inſtitutis
Bina in ſpecie ſalutis
Suſcipiunt hoſtiam.

5 Malus ſacrat, ſed indignè,
Æternali dignus igne,
Inferni doloribus.

Digitized by Google

6 Sacrant boni, ſacrant mali,
Poteſtate ſunt æquali,
In perſona Eccleſiæ.

7 Qui ſunt excommunicati,
Hæretici, degradati
Poſſunt hæc conficere.

8 Ab his tu communionem,
Propter rectam rationem
Vetaris accipere.

9 Sacerdotes at cogantur
Celebrare, nam ſacrantur,
Ad tantum myſterium.

Quæſt. 83. De ritu huius Sacramenti.

1 Chriſtus victima ſacratur,
Cum in ara celebratur
Iuge ſacrificium.

2 Tempus, 3. locus, vaſa, quæque
4 Cæremoniæ, 5. ſat æquè
Traditæ ab Apoſtolis.

6 Si

Digitized by Google

6 Si occurrant & defectus,
Obuiabis, si tu rectus
Doctorum consilijs.

Quæst. 84. *De Sacramento Pœnitentiæ.*

1 Metanæa Sacramentum:
2 Cuius actus pœnitentum
Propria materia.

3 Forma hæc: Ego te absoluo.
4 Opus non est (sic resoluo)
Manus impositio.

5 Necessarium est dolere:
Et post crimen pœnitere:
6 Hæc secunda tabula.

7 Est à Christo instituta.
8 Intus (vita restituta)
Durat quoad vixeris.

9 Dolor habitualiter,
Non vero actualiter
Semper est continuus.

Digitized by Google

10 Medicina hæc iteratur,
Si poſt lapſum quis labatur,
Mira Dei bonitas.

Quæſt.85. De Sacramento Pœnitentiæ, ſecundum quod eſt virtus.

1 Hæc eſt virtus. 2. ſpecialis.
3 Pars iuſtitiæ integralis.
4 Voluntas cui ſternitur.

5 Timor inchoat dolorem
Si ſeruilis, & mœrorem.
6 Non virtus primaria.

Quæſt.86. De Pœnitentia quoad remiſſionem peccatorum mortalium.

1 Omnis culpa condonatur
Pœnitenti; 2. abſque hac nõ datur
Peccati remiſſio.

3 Non per partes diſſoluuntur
Culpæ: 4. maculæ tolluntur,
Et reatus inferi.

Gra-

Gratia peccatum pellit.
Omnem pœnam non expellit,
5 Permanent reliquiæ.

6 Sed quod culpa dimittatur,
Formæ effectus; sic dicatur
Cum sacratis Patribus.

Quæst. 87. De remissione venialium.

1 Nec veniale laxatur
Sine hac. 2. quod infundatur
Non est opus gratia.

3 Aqua delet hoc lustralis,
Et Hierarchæ Episcopalis
Sacra benedictio.

4 Sed dum permanet mortale,
Non laxatur veniale,
Hæc est lex iustitiæ.

Quæst. 88. De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

1 Culpæ verò iam commissæ,
Neque redeunt dimissæ,
Dono pœnitentiæ:

2 Sed ſi fueris ingratus,
Præcedentium reatus
Redit. hæc punitio.

3 Pœna proportionalis,
Eſt iſta, non verò æqualis,
Iuxta beneficia.

4 Non eſt culpa ſpecialis
Noxa ingrati, at eſt talis,
Si Deum contempſerit.

Quæſt. 89. De recuperatione virtutum per pœnitentiam.

1 Hac reſtituit virtutes,
Noſtras cupit qui ſalutes,
Dummodo pœniteat.

2 Surgit hic & in maiori:
Surgit ille & in minori
Virtute, aut parili.

3 Filialem dignitatem,
Quoad Dei maieſtatem,
Recuperat pœnitens.

5 Ope-

5 Opera mortificata
Reuiuiſcunt reparata
Anima. 6. At non mortua.

Quæſt. 90. De partibus Pœnitentiæ in generali.

1 Porrò partes Sacramenti
Actus ſunt loco elementi
Illius quem pœnitet.

2 Prius ſunt contritionis,
Secundo confeſſionis,
Poſt eſt ſatisfactio.

3 Sunt hæ partes integrantes,
Vide Patres ternam dantes
Metaneæ ſpeciem.

Velut tela hic eſt præciſa
Vita Thomæ. At tu conciſa,
Deſume ex ſententijs.

Digitized by Google

TERTIAE PARTIS SVPPLEMENTVM.

Ex 4. libro Sententiarum.

Quæst. 1. De partibus Pœnitentiæ in ſpeciali, & primo de contritione.

1 COrdis dolor contritio,
2 Virtus eſt. 3. Nec attritio
Poteſt vnquam fieri.

Quæſt. 2. De obiecto contritionis.

1 Nos de culpa actuali,
2 Non peccato originali
Propriè conterimur.

3 De quocunque actuali
Conterendum, ex formali
Peccati triſtitia.

4 De peccamine futuro
Non eſt dolor, quamuis duro,
Sed culpæ præteritæ.

5 Pro-

5 Proprio, non alieno,
Peccatori ſat egeno
Dolendum de ſingulis.

Quæſt. 3. *De quantitate contritionis.*

1 Super omnia dolendum,
Cum eſt nobis pœnitendum;
2 Dolor cordis maximus.

3 Si offenſæ ſunt maiores,
Correſpondeant dolores,
Proportionaliter.

Quæſt. 4. *De tempore contritionis.*

1 Tota vita eſt pœnitendum;
Deteſtando 2. ſic dolendum,
Vt ſerues prudentiam.

3 Beati non conteruntur,
Deitate qui fruuntur,
Nec damnati miſeri.

Quæſt. 5. *De effectu contritionis.*

1 Hac dimittitur peccatum,
2 Totum aufert tunc reatum,

Digitized by Google

Cum dolor eſt maximus.

3 Delet omnia peccata,
Quamuis parua, ſic pacata
Remanet conſcientia.

Quæſt. 6. De confeſſione, & eius neceſſitate.

1 Culpa mortis ſi ligaris,
Ad fatendum obligaris,
2 Chriſtus id inſtituit.

3 Cum lethali quis grauatur,
Opus eſt confiteatur
In præſcripto tempore.

4 Quæ non facta, diffitenda;
Quæ commiſſa, confitenda;
Et quæ verè dubia.

5 Non eſt ſtatim confitendum,
Niſi ad aram accedendum,
Vel te mors neceſſitet.

6 Nec cum vllo diſpenſatur,
Prorſus ne confiteatur,
Papa extendet tempora.

Quæst. 7. De confessionis quidditate.

1 Congruenter diffinitur.
2 Bonus actus reperitur.
3 Pœnitudo hunc elicit.

Quæst. 8. De ministro confessionis.

1 Sacerdoti confitendum,
A quo voluit solui endum
Peccatorem Dominus.

2 Confessio laicalis,
Non erit sacramentalis,
Instet si necessitas.

3 Isto casu venialem
Culpam delet, non lethalem,
Fatentis deuotio.

4 Sacramentum ministrabit
Tuus Pastor; 5. qui curabit
Alteri id committere.

6 In extremo constitutus,
A quocunque est absolutus,
Si hic claues habeat.

7 Pœ-

Digitized by Google

7 Pœna culpæ sic taxatur
Vt puniat, medeatur
Ad mensuram criminis.

Quæst. 9. De qualitate confessionis.

1 Esse potest quoque informis,
2 Et ne culpa sit enormis,
Debet esse integra.

3 Non per nuncium, vel scriptum
Confiteberis, inuictum
Monstrabis hic animum.

4 Sit simplex, pura, discreta,
Frequens, humilis, secreta,
Fiat & quantocyus.

Fortis, libens, verecunda,
Et accusans, gemebunda,
Fidelis, obediens.

Quæst. 10. De effectu confessionis.

1 Hac peccator liberatur
2 Ab inferno; commutatur
Æternum in tempora.

3 Paradiſus reſeratur,
4 Spes ſalutis quoque datur.
5 Oblitum dimittitur.

Quæſt. 11. *De ſigillo confeſſionis.*

1 Quæ noſcuntur hac, celanda;
2 Nullo modo propalanda,
Quem poſſunt detegere.

3 Sacrum ſeruet & ſigillum
Confeſſarius; 4. niſi illum
Tu lòqui conceſſeris.

5 Aliunde ſatis notam,
Quàm ſigillo, poteſt totam
Enarrare ſeriem.

Quæſt. 12. *De ſatisfactione, & eius quidditate.*

1 Actus quoque eſt virtuoſus
Satisfactio; 2. pœnoſus,
Actus eſt iuſtitiæ.

3 Rectè in littera finitur,

Deo

Deo redditur, initur
Iuſta compenſatio.

Quæſt. 13. *De ſatisfactionis poſſibilitate.*

1 Si non ex æqualitate;
Proportionalitate
Deo ſatisfacias.

2 Poſſum pro te pœnas dare;
Medicinam non parare
Actibus ex proprijs.

Quæſt. 14. *De qualitate ſatisfactionis.*

1 Non conciſa, nec diuiſa;
2 Nec ab anima inuiſa
Prodit ſatisfactio.

3 Si ſit in culpa lethali,
Non reſurget in vitali
Viuens aura ſpiritus.

4 Si non gratus operaris,
Nihil eſt quod merearis;
5 Nec gehennam minuas.

Quæst. 15. *De his, per quæ fit satisfactio.*

1 Satisfactio est pœnalis:
2 Ex flagello est quoque talis,
Quod dat Deo debitum.

3 Ieiunio, oratione,
Pœnali operatione,
Et eleemosyna.

Quæst. 16. *De suscipientibus hoc Sacramentum.*

1 Sunt exempti, & innocentes
Ab hoc actu; 2. & intuentes
Deum; 3. & ipsi Angeli.

Quæst. 17. *De potestate clauium.*

1 Claues habet sponsa Christi:
2 Quarum actus sunt, & isti
Ligare, dissoluere.

3 Vna clauis potestatis,
Altera (idoneitatis)
Dicitur scientiæ.

Quæst.

Digitized by Google

Quæſt. 18. *De effectu clauium.*

1 Hæc poteſtas culpas laxat,
2 Pœnas ſoluit; nec duntaxat,
3 Sed & ligat vinculis.

4 Non arbitrio ligabit,
Aut ſoluet, ſed obſeruabit
Præſcripta in canonibus.

Quæſt. 19. *De miniſtris clauium.*

1 Sacerdotes at legales
Non habebant noſtras claues,
Quas Chriſtus conſtituit.

2 Chriſti clauis principalis.
3 Noſtrûm miniſterialis,
Quæ ab ipſo traditur.

4 Habent illas Sacerdotes:
At non iuſti propter dotes,
Ordine ſi careant.

5 Illam mali non amittunt,
Sacerdotes; quin dimittunt
Æterna ſupplicia.

6 At qui excommunicati,
Hæretici,& degradati
Vſu carent clauium.

Quæſt. 20. *De his, in quos vſus clauium exerceri poteſt.*

1 Non quemlibet iudicabit
Sacerdos; ſolum ligabit,
Vel abſoluet ſubditos.

2 Sed non ſemper relaxantur
Culpæ; quædam reſeruantur
Nam ſuperioribus.

3 Maior abſoluit minorem;
Minor pariter maiorem,
Ei ſi ſubijcitur.

Quæſt. 21. *De excommunicatione.*

1 Ipſa excommunicatio,
Malorum eliminatio,
Hic rectè deſcribitur.

2 Valdè congruens cenſura,
Qua frænatur peritura,
Contumacis anima.

3 Hanc

3 Hanc infligas pro mortali,
Graui aut damno temporali,
Præſul; primo moneas.

4 Si iniuſta, eſt timenda,
Et patienter ferenda.
Nulla, non vim obtinet.

Quæſt. 22. De his, qui poſſunt excommunicare.

1 Ex officio Hierarcha,
Epiſcopus, Patriarcha,
Sunt qui excommunicant.

2 Hæc facultas ſi tradatur
Non ſacrato, aut committatur,
Plectit quoque noxios.

3 Si ligatus, non ligabis,
4 Neque excommunicabis
Teipſum, vel parilem.

5 Ciuitas nequit ligari,
Nec ſuffragijs priuari;
Solum interdicitur.

Quæst. 23. *De participatione cum excommunicatis.*

1 Si maiori quis ligatur,
Sacramentum non tradatur:
Nec illi communices:

2 Quod si ei communicabis,
Graui, aut leui te ligabis
Vinculo anathematis.

3 [illegible] & vale, denegantur
Quæ & illi si offerantur,
Culpa est non mortifera.

Quæst. 24. *De absolutione ab excommunicatione.*

1 Sed qui ligat, hic dissoluit,
2 Et inuitum quis absoluit,
A censuræ vinculis.

3 Potest hic ab vna absolui,
Ab alia non resolui;
Nam sunt plures tituli.

Quæst.

Quæſt.25. De Indulgentia ſecundum ſe.

1 Indulgentia credatur
Orthodoxè, qua donatur
De pœna reſidua.

2 Tantum valet, quantum ſonat
3 Diſpenſator; primò donat
Pro ſpiritualibus.

Quæſt.26. De his, qui poſſunt indulgentias facere.

Non iſtas Parochialis
Sacerdos; vel Abbas talis
Facit indulgentias.

2 Non ſacerdos, ſi Legatus,
Vel ad hoc ſit deſignatus,
Poteſt eas facere.

3 Plenè à Papa conceduntur,
Epiſcopi reſtringuntur,
Vt per partes conferant.

4 A Prælato peccatore

Si

Si tradantur, hæ valore
Non priuantur merito.

Quæſt. 27. De his, quibus valent indulgentiæ.

1 Harum fructu ſunt priuati
Culpa graui maculati.
2 Profeſſis hæ proderunt.

3 Qui non facit, pro quo datur
Indulgentiam haud lucratur:
Lucratur ſi faciat.

Quæſt. 28. De ſolemni ritu Pœnitentiæ.

1 Meritò ſolemnizatur
Pœnitentia; 2. peccatur,
Cùm ſcandalo, & publicè.
3 Ne vileſcat, ſemel datur
4 Viro, fœminæ, imponatur;
Nullo pacto clericis.

Quæſt. 29. De Sacramento Extremæ vnctionis.

1 Vnctionis Sacramentum

In

In extremo firmamentum.
2 Vnum; 3. Chriſtus ſtatuit.

4 Decens liquor oliuarum,
Eſt materia baccarum
5 Sacrata ab Antiſtite.

7 Habet ſuam quoque formam;
Ad prę ſcriptam Chriſti normã,
8 Hæc eſt depreca tio.

9 Inſtituta eſt competenter
Dicta forma, ſat decenter
Hæc effectum exprimit.

Quæſt. 30. De effectu huius Sacramenti.

1 Spiritaliter ſanatur
Hac peccator, & curatur
Peccati à reliquijs.

2 Præter gratiam, virtutem
Corporalem dat ſalutem,
Si tamen expediat.

4 Non imprimitur character:

Res

Digitized by Google

Res & ſacrum dic audacter
Intus ſit deuotio.

Quæſt. 31. *De miniſtro huius Sacramenti.*

1 Non laicus. 2. non leuita
Sunt miniſtri; poſcit ita
Diuina inſtitutio.

3 Sed Hierarcha, Sacerdotes
Perfectiuas qui habent dotes
Miniſtrare poterunt.

Quæſt. 32. *Quibus hoc Sacramentum ſit conferendum, & in qua parte.*

1 Miniſtratur hoc languenti,
2 In extremo; 3. non amenti,
4 Vel pueris traditur.

5 Omnes partes non vngantur;
6 Quinque ſenſus deſignantur,
7 Vel quæ iſtis proxima.

Quæſt. 33. *De iteratione huius Sacramenti.*

1 Sacramentum hoc iteratur:

Digitized by Google

Quiuis vnctus ſi ſanatur,
Vngi poteſt iterum.

2 Eadem infirmitate,
Ex ſtatus varietate,
Iterari poterit.

Quæſt. 34. *De Sacramento Ordinis, quantum ad eius eſſentiam, & partes.*

1 In Eccleſia Ordo datur,
Per quem ſatis illuſtratur,
2 Congruè deſcribitur.
3 Eſt pariter Sacramentum.
4 Forma decens. 5. elementum,
Inſtrumenta exhibita.

Quæſt. 35. *De effectu huius Sacramenti.*

1 Per hoc gratia cauſatur,
2 Charactere ſigillatur,
Suſcipiens ordines.
3 Characterem baptiſmalem,
Requirit; 4. non militarem

Quem

Quem dat confirmatio.

5 Non neceſſe eſt, vt maiores
Præſupponant & minores
(Cum ſacraris) ordines.

Quæſt. 36. De qualitate ſuſcipientium.

1 Bonus ſit qui ordinatur,
2 Doctus, dignè vt exequatur,
Quod poſcit officium.

3 Vitæ merito haud ſacratur,
Ordinatus conſecratur
Poteſtate tradita.

4 Peccat malos ordinando
Præſul. 5. ſicut miniſtrando
Conſecratus impius.

Quæſt. 37. De diſtinctione ordinum.

1 Plures ordines diſtincti
In Eccleſia; at deuincti,
2 Hi ſunt ſeptem numero.

3 Sed tres ſacri numerantur,

Conſecratam nam dicantur
Miniſtri ad materiam.

4 Congruenter aſſignantur
Actus ordinum; & ſacrantur
Ad aram qui proximi.

5 Calicis traditione,
Cum panis porrectione
Sacerdos efficeris.

Quæſt. 38. *De conferentibus hoc Sacramentum.*

1 A Hierarcha miniſtratur:
Ordo quoque ab eo datur,
2 Quamuis ſit hæreticus.

Quæſt. 39. *De impedimentis huius Sacramenti.*

1 Non eſt capax Sacramenti
Huius fœmina. 2. haud amenti,
3 Vel infanti tribuas.

4 Sed nec ſeruos, vel cruentos,
5 Neque nothos, 6. vel diſtentos,
Vel mancos promoueas.

Quæſt.

Quæſt. 40. De his, quæ ſunt annexa Sacramento Ordinis.

1 Dantur clericis coronæ,
2 Sacramenti à ratione
Diſtant abſque dubio.

3 Non bonis renunciatur
A clerico: nam ditatur
Suis patrimonijs.

4 Supereminent Hierarchæ,
Epiſcopi, Patriarchæ,
Cunctis Sacerdotibus.

5 Non eſt ordo Epiſcopatus,
Reſpicit hic magiſtratus,
Corpus Chriſti myſticum.

6 Papa præit principatu,
Præcellenti Magiſtratu
Totius Eccleſiæ.

Principatus Papæ datur
Vnitas, ſic commendatur
Fidei Catholicæ.

7 Veſtis, alba, zona, amictus

Satis probant quod relictus
Sis à carne, & ſanguine.

Quæſt. 41. *De Sacramento Matrimonii, prout eſt in officium naturæ.*

1 Eſt de iure naturali,
2 Sed hoc nexu coniugali
Non omnes adſtringimur.

3 Eſt licitus coniugalis
Actus. 4. doni ſpiritalis
Sæpè meritorius.

Quæſt. 42. *De Matrimonio, prout eſt Sacramentum.*

1 Connubium eſt Sacramentum,
Contra culpam firmamentum,
Quæ carne committitur.

2 Ante noxam eſt ſtatutum
In officium. 3. inſtitutum
A Chriſto in myſterium.

4 Per hoc gratia cauſatur,

Et

Et libido refrænatur
In ſuis radicibus.

4 Et commixtio carnalis,
Nullo pacto eſt principalis,
Secunda at perfectio.

Quæſt. 43. De matrimonio quantum ad ſponſalia.

1 Sponſalia futurarum
Promiſſio nuptiarum.
2 Fiunt poſt ſeptennium.

3 Quædam iure dirimuntur,
Quædam verò diſſoluuntur
Iudicio Eccleſiæ.

Quæſt. 44. De matrimonij definitione.

1 Vna in carne adunantur,
Vxor, vir, qui colligantur,
Meritò eſt coniunctio.

2 Congruenter nominatur,
Multipliciter vocatur;
3 Bona eſt definitio.

Digitized by Google

Quæst.45.De consensu matrimonij.

1 Fit per mutuum consensum,
2 Verba exprimunt assensum
De præsenti tempore.

3 At quæ tempore futura
Signant,non sunt profutura
Vt nexus hic valeat.

4 Sic si desit, & consensus
Intus corde,vel assensus
5 Si fiat clandestinè.

Quæst.46. De consensu,cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis.

1 Et si iures, non causatur,
Præsens tempus si haud signatur
Verbis id notantibus.

2 Neque si quis misceatur
Casu eodem, colligatur
Connubij vinculum.

Quæst.47. De consensu coacto.

1 Violentus, & coactus

Si

Si conſenſus, non peractus
Eſt nexus coniugij.

2 In conſtantem cadit virum
Metus grauis, 3. nec eſt mirum,
Si nexum non faciat:

4 Coactio ex parte agentis
Nec cauſabit, etſi ingentis,
In vtroque eſt paritas.

5 Fit per conditionatum
Conſenſum. 6. Haud violẽtatum
Parentum imperio.

Quæſt. 48. De obiecto conſenſus.

1 Clarè nexus coniugalis,
Et non copula carnalis
Obiectum connubij.

Cauſa vna eſt medicina,
Qua ſeruaris à ruina.
2 Inhoneſta haud vitiat.

Quæſt. 49. De bonis matrimonij.

1 Aſſignantur plura bona

Digitized by Google

Coniugij, Dei dona
Illud honeſtantia.

4 Fides, proles, Sacramentum,
Honeſtatis fulcimentum,
3 Sacramentum eminet.

4 Per hæc copula excuſatur,
Abſque his ſatis culpatur,
Saltem venialiter.

Quæſt. 50. De impedimentis matrimonii in generali.

1 Iſta ſunt impedimenta,
Supponenda vt fundamenta,
Quæ etiam dirimunt.

Error, votum, conditio,
Crimen, ordo, cognatio,
Et cultus diſparitas.

Vis, ligamen, & honeſtas,
Ordo, affinitas, poteſtas
Si deſit ad copulam.

At ſolum impedientia,

Non

Non verò dirimentia,
Sunt Feriæ, vetitum.

Quæst. 51. *De impedimento erroris.*

1 Est de iure naturali
Causa in connubiali,
Error vt impediat.

2 Persona si variatur,
Conditione aut erratur,
Nexus non perficitur.

Quæst. 52. *De impedimento conditionis seruitutis.*

1 Seruitute retractatur
Ignorata: sed firmatur,
Si fuerit cognita.

2 Sed domino nesciente,
Aut eo contradicente,
Seruus firmè contrahit.

3 Quis, vxore repugnante,
Et si liber, hac clamante,
Potest seruus fieri.

4 Partus ſequitur vterum;
Doctrina hæc eſt veterum,
Non in municipijs.

Quæſt. 53. De impedimento voti, & ordinis.

1 Voto ſimplo prohiberis,
2 At ſolemni diſſolueris
Ab incœſtis nuptijs.

3 Et qui ſacris ordinati,
Sunt ab his alienati,
Vt eaſdem dirimant.

4 Si maritus ordinatur
Viua vxore, conſecratur;
Sed vſu priuabitur.

Quæſt. 54. De impedimento conſanguinitatis.

1 Decenter ſat deſcribitur,
2 Et pariter diſtinguitur,
Carnis conſanguinitas.

3 Natæ patrem non miſcere,
Natura dictat decere,

Pro-

Digitized by Google

Propter reuerentiam.

4 Gradus ſanguinis taxantur,
Vſque ad quartum numerantur,
Ex ſtatuto Eccleſiæ.

Quæſt. 55. De impedimento affinitatis.

1 Et affinitas cauſatur
Matrimonio; firmatur
2 Vt poſt mortem maneat.

3 Ipſa quoque generatur,
Si ſemen immiſceatur,
Ex copula illicita.

4 Sponſalibus non formatur.
5 Affinitate haud cauſatur.
6 Affinitas impedit.

7 Gradus eius ſunt æquales,
Conſanguinitas quos tales
Habet & in ſanguine.

8 Quot ſunt conſanguinitatis,
Tot sũt & affinitatis, * *Vide Trid.*
9 Hi ſoluũt connubia.* | *ſeſſ. 24. c. 4.*

10 Vir

10 Vir mœchus ſi detegatur,
Atque iudici accuſatur,
11 Conuincendus teſtibus.

Quæſt. 56. De impedimento cognationis ſpiritualis.

1 Cognatio ſpiritalis
2 Irrita; hanc baptiſmalis
Cauſant vnda, Chriſmata.

3 Suſceptæ, & ſuſceptores.
Non fiunt viri, aut vxores,
Ex lege canonica.

4 Ad vxorem quoque trãſit | * *de iure antiquo, ſĕpore S. Thomæ.*
Suſceptoris, 5.* et ptrãſit
Ad carnales filios.

Queſt. 57. De impedimento cognationis legalis.

1 Sed cognatio legalis
Deſcribatur, filialis
Prolis imitatio.

2 Hæc connubia vitabit,

Et

Et pariter retractabit;
3 Triplex huius ſpecies.

Quæſt. 58. De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, & amentiæ.

1 Sed & frigidi, 2. & ligati,
3 Et furentes, copulati
Incœſtu, non contrahunt.

4 Ab hoc iugo coniugali
Ipſo iure naturali
Arcentur & pueri.

Quæſt. 59. De diſparitate cultus, quæ matrimonium impedit.

1 Qui ſunt cultu differentes,
Nunquam erunt contrahentes,
Et contractum dirimunt.

2 Si non gratia iunguntur,
Infideles, at nectuntur
Ad naturæ officium.

3 Ethnico cohabitabit
Fidelis. 4. ſi blaſphemabit,
Mittat; 5. ducat alium.

6 Vter coniux ſi mœchetur,
Connubium non ſoluetur,
Thorus interdicitur.

Quæſt.60. De vxoricidio.

1 Viro illicitum mactare
Adulteram: hanc iudicare
Pertinet ad iudices.

2 Si innocens occidatur,
Connúbium dirimatur
Ex decreto Eccleſiæ.

Queſt.61. De impedimento matrimonij, quod eſt votum ſolemne.

1 Conſorte inuita haud intrabis
Cœnobia, haud ſeparabis
Vxorem à te cognitam.

2 Connubium ſolùm ratum,
Non copula conſummatum,
Ingreſſu hoc diſſoluitur.

3 Et tunc vxor copulari
Nouo viro, & maritari
Poterit liberrimè.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæst. 62. De impedimento, quod ſuperuenit matrimonio conſummato, quod eſt fornicatio.

1 Vter coniux fornicatus,
In pœnam fit ſeparatus
Connubij amplexibus.

2 Si pœniteat, remittat:
Si haud pœniteat, dimittat
Vir hanc fornicariam.

3 Ei thorum denegabit,
Et à tecto propulſabit,
Iudicio Eccleſiæ.

4 In diuortio eſt æqualis
Vxor viro: maritalis
Id poſcit parilitas.

5 Poſt diuortium tranſire
Ad aliud, vel inire
Non licet coniugium.

6 Correcti pacificantur,
Incorrecti ſeparantur,
Iuſta hæc lex connubij.

Quæſt.

Quæſt.63. De ſecundis nuptijs.

1 Fœdus quoque nuptiale
Iterare licet; 2.tale
Sacramentum nomines.

Quæſt.64. De debiti redditione.

1 Suum debitum reddatur
Coniugi: 2.ſi illud petatur,
Vel ſi lignis poſtulet.

3 Et ad actum coniugalem,
Vtrunque facit æqualem
Nexus iſte coniugem.

4 Sine mutuo conſenſu
Non vouebunt, in diſſenſu
Sunt vtrique liberi.

5 Iura thori haud poſtulabunt
In feſtis; at non peccabunt
6 Propter hoc lethaliter.

7 Reddas tamen tunc poſcenti,
Condeſcendas & egenti
Infirmo tu vaſculo.

Quæſt.

Digitzed by Google

Quæſt. 65. De bigamia.

1 Hæc pluralitas, naturæ
Non vetatur primo iure,
2 Diſpenſato in patribus.

3 Sed pellices, concubinas,
Lex naturæ, ceu ruinas
Horret noſtri generis.

4 Fornicarius lethalis
Actus; 5. ſemper criminalis
Ante Moſis tempora.

Quæſt. 66. De bigamia, & irregularitate ex ea contracta.

1 Irregularis dicatur,
Qui bigamus; copulatur
2 Qui duabus inſimul.

3 Quod ſi ducat vitiatam,
Viduam, vel conſtupratam,
Bigamus efficitur.

4 Non baptiſmo relaxatur.
At cum iſto diſpenſatur,
Signetur ordinibus.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt.67. De libello repudij.

1 Nexus hic non ſeparatur
Ex natura. 2. diſpenſatur
Abram Dei nutibus.

3 Repudi permittebatur
Lex, ſub Moſe. 4. qua dabatur
4 Fortè aliam ducere.

5 Hanc aſſumere relictam
Non licebat; in vindictam
Certè tanti criminis.

6 Rancor primo, mali mores
Cauſa, vt mitterent vxores
Libello repudij.

7 Non libello ſpeciali,
Sed in libro generali,
Deſcriptum repudium.

Quæſt.68. De filijs illegitimè natis.

1 Illegitimi naſcuntur,
Naturales qui dicuntur,
Non nati ex connubio.

2 Non

2 Non ad gradus admittuntur.
3 Et hi legitimabuntur
Gratia Pontificum.

Quæſt. 69. De ijs, quæ ſpectant ad reſurrectionem, & primo de loco animarum poſt mortem.

1 Poſt mortem receptacula
Animarum habitacula
Signantur à Patribus.

2 Cum à carne ſeparantur
Styx, vel cœlum adaptantur,
Ni purgandum ſupereſt.

3 In his locis deſtinatæ
Non exeunt. Diſpenſatæ
A Deo, ad nos veniunt.

4 Olim Limbus ſinus dictus
Abrahæ, qui benedictus
Scribitur in ſemine.

5 Sed infernus damnatorum
Diſtinctus; 6. vt puerorum
Limbus eſt ſimiliter.

7 Con-

7 Congruenter recensentur
Dicta loca, vt præmientur,
Vel mulctentur animæ.

Quæst. 70. *De qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo.*

1 Sensitiua haud formaliter,
Est tamen radicaliter
Separata in anima.

2 Sic & actus. 3. patiuntur,
Et ab igne constringuntur,
Spiritus, & animæ.

Quæst. 71. *De suffragijs mortuorum.*

1 Actus nostri suffragantur
Animabus, quæ cremantur
Igne purgatorio.
2 Et operibus viuorum,
Releuantur mortuorum
Purgandorum animæ.
3 Opus tamen peccatoris
Vt peccator, non valoris
Vllum

Vllum habent titulum.

Prosunt opere operato,
Iusti mortui aut mandato,
Vel persona Ecclesiæ.

4 Dum pro illis tu exoluis,
Te non à pœna absoluis:
Proficis in merito.

5 Nihil prosunt condemnatis
Suffragia; 6. at cruciatis
Flammis purgatorijs.

7 Nec pueris relegatis
In limbo. 8. vt nec beatis,
Qui fruuntur gloria.

9 Sacra, preces adiuuabunt,
Et à pœnis releuabunt
Factæ eleemosynæ.

10 Indulgentia sic data,
Sit à pœnis subleuata
Hæc, vel illa anima.

11 Porrò nostræ sepulturæ
Fidem adstruunt, & iure

Hæ

Hæ defunctis proderunt.

Pompa verò funeralis
Tantum prodeſt, quàm quod talis
Adiuuatur precibus.

12 Illi ſoli, pro quo offertur
Id ſuffragium, defertur,
Eſt enim ſolutio.

13 Quod ſi fuerint partita
Multis; vni haud proſunt ita
Prædicta ſuffragia.

14 Neque ſola valent tantum
Communia, vt hæc, quantum
Iuncta ſpecialibus.

Queſt. 72. De oratione reſpectu Sanctorum, qui ſunt in patria.

1 Noſtras preces ſat cognoſcunt
Beati; 2. quos rectè poſcunt
Mortales, vt ſupplicent.

3 Efficaces ſunt precando
Obtinent hi poſtulando,
Quod Deus voluerit.

Zweites Capitel.

Von der Bildung der Wörter durch Zusammensetzung.

§. 1.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

a. Durch die Zusammensetzung entstehen neue Wörter, indem zwey oder mehrere Wörter zu einem Ganzen verbunden werden.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

b. Die Zusammensetzung der Wörter ist entweder eigentlich oder uneigentlich.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

c. Eigentlich zusammengesetzt sind diejenigen Wörter, bey welchen die Bestandtheile ihre Bedeutung beybehalten haben.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

d. Uneigentlich zusammengesetzt sind diejenigen Wörter, bey welchen die Bestandtheile ihre Bedeutung nicht beybehalten haben.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

e. Die Bestandtheile eigentlich zusammengesetzter Wörter sind entweder Stammwörter oder abgeleitete Wörter.

Zusammensetzung der Wörter überhaupt.

f. Die Bestandtheile uneigentlich zusammengesetzter Wörter sind Stammwörter.

Wie sie sich in Gesellschafften
Mit Complimenten verhalten
Und Ehrerbietung erweisen.

Das 6. Buch.

Von Gesellschafften
Und Gastereyen.

Das 7. Buch.

Von Ehrlichen Gesellschafften
Und Gastereyen.

Das 8. Buch.

Von Ehrlichen Gesellschafften
Und Gastereyen.

Vis eſt qua reſurgimus.

4 Noſtros cineres aptabunt,
Colligent, & præparabunt
Virtutes Angelicæ.

Quæſt. 77. De tempore, & modo reſurrectionis.

1 Hæc in fine differetur,
2 Eius hora nec noſcetur
Intellectu Angelico.

3 Cum nox ipſa reſoluetur,
Diluculò peragetur,
Dicas in crepuſculo.

8 In inſtanti operabitur
Dei virtus: cauſabitur
Hæc in ictu oculi.

Quæſt. 78. De termino reſurrectionis.

1 Omnes primò morientur,
2 Vt ad vitam reuocentur,
Surgent à cineribus.

3 Nulla in eis naturalis,
Sola obedientialis
Ad vitam potentia.

Quæſt.79. De conditionibus reſurgentium, & primo de eorum identitate.

1 Idem numero reſurget
Corpus; 2.idem & aſſurget
Homo in indiuiduo.

3 Illæ quoque quæ conciſæ,
Eædem & quæ diuiſæ
Partes, ſurgent numero.

Quæſt.80. De integritate corporum reſurgentium.

Artus omnes, 2.& capilli,
Cartilagines, & villi
Surgent cum humoribus.

Totum corpus integrale
Cum partibus; 5.& totale
Non partes, quæ diffluunt,

Quæſt. 81. *De qualitate reſurgentium.*

1 In ætate iuuenili,
Quæ perfecta eſt, non ſenili,
Surgent omnes homines.

2 Non eadem quantitate,
Sed debita. 3. in veritate,
Surgent mas, & fœmina.

4 Non reſurget animale
Corpus hoc, ſed ſpiritale,
Non bibens, & comedens.

Quæſt. 82. *De conditionibus beatorum reſurgentium.*

1 Erunt impaſſibilia,
Et inalterabilia,
Beatorum corpora.

2 Par in cunctis hic effectus
Relucebit; at profectus
In hoc, non in altero.

3 In beatis erunt ſenſus,

4 Inter noſtros eſt diſſenſus
An hi guſtu careant.

Quæſt. 83. De ſubtilitate corporum beatorum.

Idem corpus glorioſum
1 Eſt ſubtile ſpecioſum,
Et animæ ſubditum.

2 Duo, non ſubtilitate,
3 Sed ex Dei poteſtate,
4 Eſſe ibidem poterunt.

Sed non faciet qui mundum
Moderatur, & profundum:
Sic decet hæc corpora.

5 Corpus tamen locabitur
Loco æquali; aſſignabitur
Situs cum diſtantia.

6 Erit corpus palpabile,
Nedum eſt improbabile
Oppoſitum, at hæreſis.

Quæſt. 84. *De agilitate corporum beatorum.*

1 Erit corpus expeditum,
Agile, non impeditum
Vt moueri nequeat.

2 Mouebuntur, & diſcurrent,
Ceu ſcintillæ ardentes current,
3 Tempore breuiſſimo.

Quæſt. 85. *De claritate corporum beatorum.*

1 Lucem Solis ſuperabit
Iuſti corpus. hanc 2. ſpectabit
Corpus carens gloria.

3 Sed ſi nolit, non videbit
Tantam lucem, ſuadebit
Hoc iuſti ſublimitas.

Quæſt. 86. *De conditionibus corporum damnatorum reſurgentium.*

1 Corpus ſurget damnatorum
Integrum; verùm membrorum
Manebit deformitas.

2 Idem nunquam corrumpetur,
Sed lædetur. 3. patietur,
Sed non tranſmutabitur.

Quæſt. 87. De cognitione, quam habent reſuſcitati in iudicio reſpectu meritorum, & demeritorum.

1 Libri ſcripti proferentur,
2 Vbi culpæ relegentur,
3 A cunctis celerrimè.

Quæſt. 88. De iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet.

1 Profitemur quod venturus
Chriſtus, Iudex diſcuſſurus
Cunctos actus hominum.

2 Iudicium mentaliter
Fiet, & non vocaliter,
Id ſatis probabile.

3 Tempus eius eſt ignotum.
Celebrabitur hoc totum
4 In valle quæ Ioſaphat.

Quæst. 89. *De iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali.*

1 Erunt quidam aſſeſſores,
2 Paupertatis profeſſores,
Cum Domino Iudices.

3 Angeli non iudicabunt,
Sed iudicium probabunt.
4 Malos dæmon vinciet.

5 Omnis caro comparebit,
6 Quando Iudex apparebit,
Et fiet diſcuſſio.

7 Non boni examinabuntur:
At mali iudicabuntur:
8 Directè erit hominum.

Quæſt. 90. *De forma Iudicis venientis ad iudicium.*

1 Forma humana iudicabit
Chriſtus: malos condemnabit
E cœli faſtigio.

2 Ista forma glorioſa
Malis eſt formidoloſa,
Inferno terribilis.

3 Non videbunt deitatem
Mali, horrentes veritatem,
Etſi Chriſtum videant.

Quæſt. 91. *De qualitate mundi, & reſurgentium poſt iudicium.*

1 Poſt hæc orbis innouatus,
2 Cœli motus quietatus,
3 Sphœræ lucidiſſimæ.

4 Elementa renouata,
5 Non ad vitam reuocata
Plantæ, & animalia.

Quæſt. 92. *De viſione diuinæ eſſentiæ per comparationem ad beatos.*

1 Mens humana tunc videbit
Ipſum Deum (& ardebit)
2 Non obtutu corporis.

3 Non

3 Non, vt Deus, penetrabit.
Ipsum semper adamabit,
Triumphans in gloria.

Quæst. 93. De Sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus.

1 Maior erit extensiuè,
Propter corpus perfectiuè
Beatorum gloria.

2 Eius gradus, mansiones
Dicuntur; possessiones
Infiniti præmij.

3 Hæ supernæ ciuitatis
Sedes, veræ charitatis
Correspondent gradibus.

Quæst. 94. De modo, quo Sancti se habebunt erga damnatos.

1 Hi videbunt damnatorum
Pœnas graues; 2. reproborum
Non tangentur gemitu.

3 Sed

3 Sed potius lætabuntur,
In eis admirabuntur
Ordinem iuſtitiæ.

Quæſt. 95. De dotibus beatorum.

1 Dotes iſtis aſsignantur,
Velut ſponſæ ſubarrhantur
Anulo inſolubili.

2 Non idem quod beatitas
Dos eſt; nam hæc eſt qualitas;
Illa verò eſt actio.

3 Chriſtus ſponſus caret dote:
A ſupremo hoc Sacerdote
Hæc vnguenta diffluunt.

4 Sed neque Angeli dotantur,
Vi ſermonis, nam vocantur
Sodales Eccleſiæ.

5 Iure tres recenſebuntur:
Amabunt, delectabuntur,
Ac videbunt pariter.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæst. 96. De aureolis.

At aureola addatur
Aureæ. 2. & distinguatur
A fructibus congruè.

Magis fructus respondebunt
Iis, qui nunc se continebunt.
Et hos tres enumera.

Virgo, 6. Martyr, 7. Doctor legis
Sacræ; dono summi Regis
Habebunt aureolam.

Non in Christo est, qui maiora
Habet, principaliora;
Nec debetur Angelis.

o Primo in mente collocatur,
Per quam corpus illustratur:
1 Hæc est triplex numero.

2 Prima Martyrum præcedit.
Post intactæ; quam excellit
Doctorum in aliquo.

3 Vna altera est intensior,

Nec-

Necnon & excellentior,
Sicuti est & aurea.

Quæst.97. De pœna damnatorum.

1 Non solo igne affligentur
Damnati; sed patientur
Vermem, fletum, tenebras.

2 Vermis erit spiritalis.
3 Fletus erit corporalis.
4 Tenebrę palpabiles.

5 Ignis erit corporalis,
Vt & noster naturalis,
6 Idem prorsus specie.

7 Centro terrę hic delitescit,
Iustitia vbi splendescit,
Iustè plectens impios.

Quæst.98. De voluntate, & intellectu damnatorum.

1 Voluntas est obstinata
Damnatorum. 2.obfirmata
Ob impœnitentiam.

3 Op-

Optant mortem, nec videbunt,
Et non eſſe, ſuſtinebunt,
Ne poſſint appetere.

Collocari in hoc inferno
Vellent omnes, non ſuperno
Sanctorum faſtigio.

Deum ſummum, punientem,
Et pœnas retribuentem,
Inſequentur odio.

Neque poterunt mereri:
Vnde poſſint plus torqueri,
Cognitio remanet.

Nec de Deo cogitabunt
In ſeipſo. 9. contriſtabunt
Beatorum præmia.

Quæſt. 99. De miſericordia Dei reſpectu damnatorum.

Pœna inferni eſt æterna,
Sic ſtatuit lex ſuperna,
Nunquam finem habeant.

Sünder anbeten.
Himmel und Erden
Müssen vergehen,
Aber dein Wort, o Messias Christ,
Ist in Ewigkeit nicht zu brechen.

Du Theurer, was gehörte dazu,
Daß du uns Armen
Helfen könntest?
Wir verlohren das Leben,
Du mußtest geben
Dein eigenes Leben.

Dein Tod, o Jesu Christ,
Ist unser Leben,
Deine Wunden
Sind unsere Heilung,
Deine Schmerzen
Unsere Freude.

Digitized by Google

Digitized by Google